

TRACTATVS
DE CVRIA PISANA,
DE ORIGINE DECVRIONVM,

Perutilis & quotidianus, ex pluribus & innumerabilibus, mendis, quæ in sua prima editioni scatebant correctus, per egregium vtriusque censuræ Licentiatum de Pisa, Imperatoris, ac Hispaniarum Regis Caroli à Consilijs editus, in quo quid in Regio, aut in Concilijs cuiusq; ciuitatis aut oppidi fit aut fieri debet explicatur, nuper in lucem redactus.


NVNC DENVO ET NOVISSIME expurgatus ab omnibus, quibus scatebat vitijs & corruptionibus, cũ Summarijs, & repertorio, & Additionibus, per Doctorem Alphonsum de Azeuedo Hispaniæ Iurium professorem, & Aduocatum.






CVM PRIVILEGIO.

SALMANTICÆ,
Apud Petrum Lassum.
1593.
Expensis Octauiani Parente Bibliopolæ.





Summa del Priuilegio.

Concedio el Rey nuestro Señor Priuilegio por diez años, de este libro intitulado, Tractatus de Curia Pisana, de Origine Decurionum, &c. al Doctor Alonso de Azeuedo, vezino de la ciudad de Placencia, como consta por el Priuilegio firmado de el Rey nuestro Señor: y de Iuan Vazquez su Secretario: el qual fue concedido en Aranjuez, à 17. dias del mes de Março, del año de mil y quinientos y ochenta y seys, donde prohibe, ninguna persona lo pueda imprimir ni vender, sin licencia del dicho Doctor, sopena de que aya perdido y pierda todos y qualesquier libros y moldes, que del tuuiere, y mas incurra en pena de cinquenta mil marauedis por cada vez que lo imprimiere y vendiere, &c.

TASSA.

YO Gonçalo de la Vega, secretario del Consejo de el Rey nuestro señor, doy fee, que por los señores del dicho Consejo se dio licencia à Octauiano Parente, mercader de libros, vezino de Salamanca, para poder vender cada pliego del libro intitulado, Tractatus de Curia Pisana, nueuamente por el emendado, que por los dichos señores se le dio licencia para le imprimir, a tres marauedis, que al dicho respecto y no mas le vendiesse. Y para el dicho effecto en principio de cada cuerpo del dicho libro se pusiesse esta fee: y de su pedimiento, y mandamiento de los dichos señores di la presente, que es fecha en Madrid a 25. dias del mes de Hebrero de mil y quinientos y ochenta y siete años.

Gonçalo de la Vega.

DON PEDRO A PORTOCARRERO IN DEcretis Licentiato, ſupremi Caſtellæ Senatus Auditori Regio, Apoſtolico Sanctæ Cruciatæ Commiſſario, Doctor Alphonſus de Azeuedo S. & æternam felicitatem.



ABETVR in Eccleſiaſtico, Sapientia abſcondita, & theſaurus inuiſus, quæ vtilitas in vtriuſq́ʒ? Ariſtoteleſq́ʒ. 1. Polit. oſtendit, hominem naturaliter eſſe ciuilem, & ſociabilem. Inquitq́ʒ Auguſtinus, lib. de Amicitia, Ego *enim eos nō tam homines, quàm beſtias dixerim, qui ſic dicunt eſſe viuendum, vt nulli conſolationi ſint, nulli etiam oneri, vel dolori, qui nihil delectationis ex alterius bono concipiant, nihil amaritudines ſua alijs peruerſitate inferant, amare nullum, amari à nullo curantes. Quare & Timon ille Athenienſis, qui ſe inſtituto ab hominum communitate ſegregabat, inhumana, bru aliquę natura ab Ariſtotele primo Politicorum cenſetur. Quas ob res cum hæc multoties conſideraßem, nè in brutorum numero computari poſſem, & inciuilem ac inſociabilem iudicari, & animo & opere me ipſum ſemper ſociabilem omnibus reddidi, tum verbo, tum etiam ſcripto, dum non vnum, ſed & duos ac plures, audacter tamen, in publicum prodere libros auſus ſim. Veruntamen, quia in me non eſt ſapientia, non theſaurus vllus, ſed rudis, & inculta Minerua, & merito vilipendenda, prudentiſsimorum auxilio ac potentia eſt munienda, vt à morſibus ac detractionibus aliquorum tuta ac defenſata remaneat. Cumque nullus alius melius ac tu, pro tua ſingulari eruditione, ſublimique progenie grauitate, & authoritate defenſor & protector exiſtere poſſit, tu inquam, qui ob tuam eximiam prudentiam, ſapientiam, iudicium & progeniem in ſenatorem ſupremi Caſtellæ Senatus à Philippo noſtro Secundo, Hiſpaniarum huius nominis Rege, & nūc in generalem Sanctiſsimi Domini noſtri Papæ Commiſſarium nominatus & inter omnes electus fuiſti, te ipſum vt fortiſsimum protectorem huius operulæ elegi, ſub vmbra enim tuæ eruditionis, tuæ authoritatis, nobilitatis, ac potentiæ ſatis muniti ßimam fore certo ſcio. Me ipſum in tuum offerens, quatenus ſi quid in me inueniri poſsit tuæ voluntati ac diſpoſitioni accomodatiſsimum, omni id arbitrio tuo ac poteſtati paratiſsimum eſſe, vt credas velim. Vale.*

AD LECTORES.



VI ſtudijs optimis Rempublicam iuuarunt, & tranquillum communis ſocietatis ſtatum, conſeruare viribus omnibus conati ſunt, ſunt re vera digni, & quibus ſempiternum laudis erigatur trophæum, & quos omnis admiretur ætas, vniuerſaque poſteritas memoria immortali proſequatur. In horum numero reponendi ſunt profecto ij, qui quaſi diuino afflati ſpiritu, dum turbulentos mores ciuium componere ac ſe dare, & è Republica diſsidia, & contentiones expellere nituntur, diligenter Rectorum ciuitatum, ac populorum, & conciliorum ciuitatum ipſarum mores ac conſuetudines, & curiarum ſtylum tribunalium Decreta ac placita Senatuum diligenter in publicum prodire niſi ſunt, vt in poſterum inuiolabiliter obſeruentur. Cum itaque apud nos multis iam annis labor hic à noſtro Licentiato de Piſa, Regio Granatenſi Senatore & conſiliario expletus fuiſſet temporum curriculis quaſi ſopitus, & ab hominum memoria extinctus videbatur, cum nulla ſui laboris veſtigia inuenirentur, neq; opus à ſe inceptum iam præmanibus haberetur. Qua quidem de cauſa in animũ duxi meum, librum eius in publicum reducere emendatum, additum, & correctum, vt omnibus notus foret, & prodeſſe poſſet. Quibus ſi laborem hunc meum ſatisfacere compertum habuero, & ad alia maiora proſequenda animus dilatabitur meus, ſin minus complacendi voluntatem attendent, & quæ emendatione digna repererint emendabunt, & quæ defendi poterunt, defendent à detractorum morſu, ne forte, & ipſis contingat, vt quod ipſi efficere noluerunt, ipſis etiam tempore ſuo pro defenſione ſuorum laborum deficiat.

LIBER

LIBER VOCATVS,
Curia Pisana.

ET QVIA per diuisionem libri materia in eo contenta melius declaratur, & facilius inuenitur, In hoc opere placuit sequi ordinem Nelli Doctoris famosi in tract. Bannitorum, qui distinxit illum tractatum in partes temporis præteriti, præsentis, & futuri. Sic ergo persequemur ea, quæ concernunt Curiam ante ingressum, & post ingressum, & post digressum. Faciamus ergò tres libros per capita distinctos.

¶ *Primus Liber habebit sequentia capita Curiam concernentia antè ingressum.*

¶ *Capita Secundi libri concernentia Curiam post ingressum.*

¶ *Capita Tertij libri curiam concernentia post digressum.*

¶ *Liber Quartus nouiter additus.*

Finis Capitulorum.

ERRATA.

Fol.6.p,2.lin.34.Ei.le.Et.fo.34.pag.1.li.14.existente.le.existenti.fol. 43.p.2.li.27.28,qualitete intellectu.le.qualitate intellectu.f.44.p.2.li. 1.dando.le.danda.f.46.p.2.li.30.numerani.le.numerari,fo.49.p.1.li.29 casu.le.causa.f.51.p.1.li.4.conueniat.le.conueniant.li.5.le.le.l.si.f.54.p. 1.li.14.E.è.le.&.p.2.li.ant.eos.le.omnes,f.56.p.2.li.13.d.le.d.1.f.57.p. 2.li.30.in l.in §.f.60.p.1.li.8.vocatis.le.votatis.f.64.p.2.li.11.vocati le.votari.li.26.27.73.contisio.le.75.concilio.f.67.p.1.li.4.expendant. le.expendat.li.20.dictis.le.ex dictis.f.68.p.2.li.29.Nota.le.Nata,f.69. p.2.li.3.ac de cuso.hac de causa.f.71.p.2.li.26.35.communem,le.commu nium,f.72.p.2.li.17.relato.le.relatos.f.82.p.2.li.31.plubis.le.plebis,f.84 p.2.li.3.quia.le.qui.f.88.p.2.li.14.17.expendita fas.le.expendita pars. f.91.p.2.li.10.niter.le.inter,f.93.p.1.li.5.paris.le.patri.f.95.p.1.li.21. consilium.le.concilium,f.97.p.1.li.22.dictio.le.dicto.f.100.p.2.l.antep. opinio,le.opinioni. f.105.p.2.li.17.dicte.le.dicta.f.107.p.2.lin.12.ad.le. illi.li.28.38.constituorum talia.le.constitutorum tali.f.109.p.2.li.8.34. nomina vel.nomia velle.f.110.p.1.li.17.constorium.le.consistorium,fol. 115.p.2.li.1.ecluderet.le.excluderet.f.118.p.2.li.vlt.id.le.in.f.120.pa.1. li.30.indidandum.le.iudicandum.f.124.p.1.li.12.13.ha hac.le.hac ha.p. 2.li.11.imitatio.le.intimatio.li.18.allegant.le.allegaret.& f.125.p.1.li. 23.si,le.si de.f.126.p.2.li.32.sit.le.si.

Con estas erratas està correcto conforme à su original este libro, intitulado, Curia Pisana. En testimonio de lo qual lo firmè. En Salamanca a 8. de Nouiembre, de 1593. años.

El Corrector, &c, Manuel Correa. de Montenegro.

LIBER PRIMVS.

CAPVT PRIMVM.

De origine Concilij, & Decurionum.

SVMMARIVM.

ORIGO Senatus Romani, numero. 1.
Senatorum quotus fuit numerus, & quomodo appellati, num. 2.
Senatores gratuitò populo seruiebant. numer. 3.
Regum principia & consulum creationes, numer. 4.
Quis fuit primus Rex Romanorum & in quo anno, num. 5.
Decuriones quare dicti sunt. 6. & à quo. 8. curia est locus publicus. nu. 7.

PRIMVM CAPVT De origine Senatus † absoluit Titus Liuius, in libr. 1. ab vrbe condita, fol. 2. qui loquens de Romulo primo Rege ordinante, & moderante nouã ciuitatem: dicit hæc verba: cum ita virum haud pœnitet, Concilium deinde viribus parat: centũ creat Senatores †, siuè quia is numerus satis erat, siuè quia soli centũ erãt, qui creari Patres possent, Patres certe ab honore, Patricijq́; progenies eorũ, appellati. Ex quo aperitur nobis origo Senatus: Itẽ ꝙ Senatores vocãtur Patres: Itẽ ꝙ filij & descẽdentes Senatorũ vocãtur Patricij: & dicit Volaterranus, in Philologia, lib. 29. in tit. Romani Magistratus, ꝙ dictus numerus Senatorum creuit vsque ad mille: quem numerum Augustus postea minuit; qui nõ mercedem † neque stipendium à Republica sumebant, sed gratuitam exhibebant operam. Plenius describit Senatũ Sabellicus, AEneadis. 2. libr. 2.

A folio

folio mihi 84. vbi de Romulo dicit hæc verba, Iis ita constitutis omnes spectata virtute viros, & quibus tunc filij essent, pollerentq; inter alios opibus, ab ignobili multitudine discretos, Patres appellauit, eorumq; progenies Patritij deinde dicti. Dubium Patres idcirco dicti sunt, quia alios ætate prærirent, an quod tantum ij filij essent, an honoris ea potius appellatio fuerit? Cæterũ quæcunq; fuit eius nominis ratio, centum ex hoc ordine electis, Senatus constitutus est, & ex hac prima electione constat, quòd ij, qui Rempublicam gubernant, eas qualitates habere debent, & mores tenere. Et quòd Senatus in hunc modum geri cœptus est. Ex Roma enim orbis capite in omnibus locis & ciuitatibus Senatus constituitur etiam in parua colonia ad gubernationem Rei-
a publicæ. a.

A D D I T I O.

4 ¶ Regum principia Consulũ creationes leges & iura † ac tépora, singulariter & latè designauit Maranta, in practica in. 3. parte per totam maximè à nume. 1. vsque ad 29. & per Fran. Hotoman, de verbis iuris, in fin. in titu. de Senatu & 5. c. insignibus. capit. 1. & cap. 7. & melius ad propositũ nostrum per Valétinum Forsterium, in historia Iuris ciuilis Romani, libr. 1. per totum pag. 11. Dum de Romulo ageret, qui cum Remo condidit Romam anno mundi 3214. à capta Troia. 432. ante natum Christum 750. anno primo septimæ olimpiadis, die 21. Aprilis, quo Palilia celebra-
5 bantur: Primus Rex fuit Romulus †, & cœpit Regnare anno primo ab vrbe condita mortuo Remo, & hic de tali Reipubl. statu cogitauit, qui & pace atque bello idoneus esset maximè & commodus. Et sic in tres partes diuisa vniuersa multitudine singulis præclarum aliquem virum præposuit, deinde vnamquamq; rursus in decem partitus, totidem fortissimos viros eis præfecit, has Curias, illas tribus vocari voluit, sicut vocantur & hodie. Diuisæ autẽ sunt rursus Curiæ in Decurias, vocabaturq; singularum Præfectus Decurio. Aliaq; constituit Romulus per Valétinum vbi supra curiosè relata, quæ missa facio tanquam à proposito nostro aliena. Ex dictis tamen decerpes, Decuriones dictos quasi præpo-
6 sitos Curijs ciuitatum † & Populorũ, generaliter enim Decurio is dici potest, qui Curiæ vel Decuriæ præest. Curiaque est locus
7 † publicus, quem domum, seu Cameram vrbis vocamus. l. 2. vbi Doct. ff. de origi. iur. Decuria verò dicitur classis & ordo iudicũ Romæ, vt inquit Rebuff. in. l. pupillus, §. Decuriones. ff de verbo.

signific. centumq; ex ordine Patritio Romulus elegit, secũdum Valẽtinum, vbi supra, & hodie loco Decurionum inquit Rebuf. vbi supra, sunt Cõsules & Scabini ciuitatum, & recte vocari, inquit ipse Rebuff. Scabinos, Capitularios, Iuratos, & Consules, quia supra decẽ in Curijs iurantur, & ideò ambiunt illos honores. Senatores tamẽ vel Cõsules propriè dici non possunt, vt apparet ex dictis per Doct. maximè Oroscianiam.l. non ambigitur. nu. 2. ff. de legibus. & in Rubrica. ff. de Senatorib. & in Rubrica. ff. de offic. consul. & ex dictis per nostrũ Authorẽ infra isto lib. 1. cap. 11. Impropriè autẽ Senatores dici possent Decuriones ij nostri temporis, vt colligitur ex tex. in. l. omnes iudices. C. de decurio. libr. 10. Ibi; Decuriones autẽ suæ curiæ (si sic dici oportet) Senatores tormentis subdere, ponderando dictionem illam, si sic dici oportet, ex qua nota improprietatis desumitur, quasi in dubio legislator ibide proposuerit, oporteret nè, Decuriones hos vocari posse Senatores; & nimirum, nam Senatores supra Decuriones erant in populo Romano, verũtamen quia illa erat tunc vna omnium Respublica, hodie verò multæ sunt Respublicæ & distinctæ & Decuriones cuilibet earum designati, vt Curiæ præsint, & ad Senatũ non occurritur, prout Romæ fieri solebat, ideò nimirum si impropriè Decuriones nostri temporis vocari possint Senatores. Et sic hodie Rectores, vulgò Regidores vocamus, quia publico regimini præsunt. Et dicuntur Decuriones à Deca †, quod est 8
Decẽ, quia ab initio cũ coloniæ deducerentur, de quibus in. l. certa forma, de iure Fisci, libr. 10. Decima pars eorum, qui ducebantur, consilij publici gratia duci solebãt, vt in. d. §. Decuriones. Ex vniuersitate enim tota eligebantur cẽtum probiores, & ex illis centum eligebantur Decem, qui essent Decuriones, in quorũ locum successerũt hodie Rectores ciuitatum, secũdum glo. & Plateam in Rubrica. C. de decurio. libr. 10. & Roman. cõsil. 436. nu. 11. & Didac. Perez in. l. 1. titul. 3. lib. 2. ordinamen. col. 341. & sic inquit Platea vbi supra, hodie habere eandem potestatem & priuilegia, quæ olim habebãt, de quo in capit. fin. libri. 3. disceptatio fiet. Et de ijs Decurionibus fit mentio in Sacra scriptura Mat. 25. cum serò factum esset, quia erat Parasceuè, quod est ante Sabbatũ, venit Ioseph ab Arimathia, nobilis Decurio, qui & ipse erat expectãs Regnum Dei, & audacter intrauit ad Pilatum & petijt corpus I E S V. Et de antiquitate Senatus vidi post hæc tractantem Lancelotum Cõradum, in templo omnium iudicum libr. 1.

cap.7.de Præsidente & Senatu,& de tribus,vide Couar.libro.4. Variarum Resolut. capi.1.

CAPVT SECVNDVM,

Ad quem pertineat congregatio Concilij.

SVMMARIVM.

Dies & horæ sunt statutæ in qualibet ciuitate interpellantes ad congregationem Concilij. num.1.
Mos antiquus vrbis Romæ. numer.2.
Præses & Prætor potest ad Concilium conuocare,num.3.
An valeat Concilium si duæ partes nō congregentur.num.4.&.5.
Si vocati venire contemnant quid fiet.num.5.
Præses an poßit punire non venientes num. 6.& quid si veniant in fine concilij,ibi.
Si contemptus agit de contemptu non valebit electio, secus aliàs nu.7.& 8.quid si aliqui exeant an remanentes poßint actum explere.

SEQVITVR videre formam congregandi Senatus, quæ inquisitio videtur superuacua, quia in qualibet ciuitate dies sunt statuti,& horæ,quę interpellant Senatores & Decuriones veniendi ad Conciliū †:sed si casus occurreret,quòd medio tempore esset necessaria congregatio Cōcilij, per quem fieri debet hæc cōgregatio.Et hic erit recensendus mos antiquus vrbis
2 Romæ †:quòd Consules accersebāt Senatū:hoc dicit Sabelli. 1. parte A Enead.3.lib.4.fol.mihi.168.& Francisc.Hotomanus,de verbis,iuris ad fin.tit.de Senatu,ca.3. Et ex hoc infertur practica in Regno,quod caput Cōcilij,qui est Præses, vel Prætor pōt con
3 uocare †,de quo est text.notabilis in.l.2. C.de decurio: libr.10. qui sumatur secundū Bart.ꝙ Rectores terrarū,vt Præses vel Corrector,& defensor ciuitatis possunt vocare,& congregare conci
a liū sua authoritate quandocunq; expedit [a],& non solū potest,& debet conuocare conciliū ciuitatis, sed et si aliquid extraordinarium emergat pro publica vtilitate prouidēda potest conuocare
4 omnes de Prouincia †, ita quòd de qualibet Prouincia veniant aliqui

aliqui Ambasiatores, Ioan. de Platea in l. si quod extraordinariũ. C. de lega. libr. 10. ita tenet Abb. & Doct. in c. in causa. de electio. & in cap. 1. de maior. & obed. & Bart. & alij in l. omnes populi. ff. de iust. & iure. & in quolibet loco insigni creatur Præses & Corrector à Regia Maiestate [b], & si iste deficit succedũt Prætores ordinarij nũcupati [c], & sic fortè nõ practicabitur alia quæstio, de qua dubitabatur, quando deficit caput, vel alius ad quem de consuetudine spectet congregatio concilij quomodo & per quem vocabitur. Et an maior pars requirat minorem, vel constituat in mora vel contumacia, de quo sunt videnda plenè scripta per Pelinum in dict. cap. 1. de maior. & obedien. [d] b c d

ADDITIO.

[Expedit,] De quo dixi in Rubrica tit. 13. lib. 3. Recopil. Regiæ. num. 5. & latè Lamberti. de iure patrona. art. 19. 2. quęst. princi. 2. partis. 2. libri. Et ad quem de iure spectet conuocare Capitulum ecclesiasticum, vide Paul. Parisi. consi. 31. nu. 40. & 41. lib. 4. a

[Maiestate] vel ab illo, cui à Rege, foro, vel consuetudine ius eligendi competit, prout competere potest, ex dictis per me in l. 3. titu. 5. libr. 3. Recopil. b

[Nuncupati,] mortuo enim Correctore non intelligas durare potestatem suum locum tenẽtis, expirat enim, & Rectorum collegium interim quòd Rex prouidet, nominat Correctorem & Iudicem, secũdum Couar. in pract. c. 4. nu. 4. quicquid aliud voluerit Aueda. in c. 3. Præt. n. 3. lib. 1. & hoc est qđ Author hic, vocat Prætores ordinarios, vel quia in loco illo adsunt vltra Correctorem, ordinarij etiã iudices à populo electi, vt adsunt Toleti & in alijs pluribus locis Regni, penes hos enim interim quòd Rex aut habẽs eligere nõ eligit, remanebit iurisdictio, vel cõcilium eliget, vt dictum est ex Couar. vbi supra, nisi & ipse locum tenens ab ipso Rege fuerit ad officium nominatus, nam tunc ipse remanebit in officio, prout hodie sunt, quia omnes ex noua lege sunt examinandi & approbandi in cõsilio Regis, vt prouisum est per cap. 28. curiarum de Madrid Anni. 1579. finitarum anno. 1582. & sic concordari possent dictæ opiniones. c

[Et obedi.] Ibidem etiam omnes alij scribentes idem tractant. Sed an valebit concilium & valebunt ibidem gesta, si duæ partes Decurionum † ad minus nõ sint congregatæ, & nõ valere probatur ex. l. nulli. ff. quòd cuiusq; vni. nomi. & ibi gl. verb. duæ partes. & ex. l. nominationũ. C. de decurio. libr. 10. glo. & Bart. in. l. d 5

quòd maior.ff.ad municip. & in.l.2.ff.de decret.ab ordi.faci.gl. & Bart.in.l.aliud.§.refertur.ff.de iure fisc.& in.l.fi.C.de prædijs curial.& in.l.omnes populi.q.2.prin. col.6.nu.16.ff.de iust.& iure.& Alex.in.l.1.ff.de albo scrib. & hæc est communis opinio tam Canonist.quàm Legistarum, secundũ Abb.in.c. cũ omnes. nu. de constit.& ibi Deci.col.pen. versic.postremo instrumenta.& ideò factum à concilio,nõ probatur instrumẽto,quo dicitur con ciliũ fecisse tale quid,vt per Alex.singulariter in consil. 197. vol. 2.& vide etiam eundem Alex.conf.1.& 109. & 95. vol.5.& plenius in.l.suum.§.hodie.ff.de pactis.& conuocatis ijs ac cõgregatis duabus partibus,valet actus factus per maiorem partem earũ, secũdum glo.in.d.l.nulli.& glo.in.l. absunt.ff.de tut.& cur.dat. ab his,& Orosci.in.d.§.hodie.nu.2.& glo.in.l.quod maior.ff.ad municip.quæ quidem lex,quod maior,sic est intelligenda & declarãda,& tenet Abb.in.c.1.de ijs quæ fi.à maio.par.cap.& in.c. bonæ.2.nu.25.de post.præl.sic intelligendo.l. planè.ff. quòd cuiusq; vni.nom.& in.c.cum inter canonicos.n. 6.de electio.& c. 2.in fine.de noui ope.nun.& hæc est omnium cõcors opinio,secundum quam etiã declarabis,& intelliges.l.5.tit.5.lib.7.Recopil.& hoc est ꝙ dicit Frãc.Marc.decis.785. nu.4. ꝙ in cõgregando debent adesse duæ partes,sed postquam est congregatũ sufficit maior pars præsentium,si alij recedunt.Sed si vocatæ sint omnes vel ad minus dictæ partes,quia alij vocari nõ potuerũt,& venire
6 contemnant,quid fiet? † & Bartol.in.d.l.omnes populi.nu. 16.& Doctores alij Iuris ciuilis teste Ioan. Oroscio in dict. §.hodie.nu.7.col.824. inquiunt, expectandum duas partes venire & cõgregari,neque enim ex tabella decreta recitari oportere,vt refert Fran.Marcus decisio.1336.nu.2.Contra vero Innoc.& Pontificij Doctores tenent,quia citatio non venientes in cõtumacia constituit,quòdque ij,qui non veniunt alienos se faciunt.c. cum nobis.de electio.notat gl.pen.in.l.19.tit.5.parti.1.& Fran.Marcum decisio.1038.& decisio.783.vbi idem dicit esse quoad recedẽtes.& in decisio.785.idem resoluit & latius. & ex.l.3.& 7.tit. 4.libr. 2. Recopil.idem in Regio consilio seruandum statuitur. Absurdũ enim esset in numero cõputare illos, qui vocati venire noluerũt.glo.in Clem.quod circa.de electio.& not. Lancel.de instit.canoni.tit.de elect.§.per scrutinium.in.gl.volunt.& expectare cõtumaces,& ꝙ eorũ contumacia eis prodesset,cũ nocere potiꝰ debeat,& sic præsentes, quãuis pauciores sint numero duarum par-

rum partiũ, rerũ explicare poterũt, & quod maior pars tũc cõgregatorũ fecerit, valebit, secũdũ Abb. in c. in causis. n. 9. de electio. & Orosci. vbi supra, dicentẽ hoc sibi placere, & volunt Innoc. & Card. in c. 1. de maior. & obed. q. 7. & ita vtitur & practicatur, esset enim aliter magna discordia, & cõfusio, & litiũ causa & occasio, & nihil decidendi, neque diffiniendi in cõcilijs tã secularibus quàm ecclesiasticis, præsertim vbi adsunt partialitates, & ita etiã asserit Author noster in lib. sequente. c. 14. & Abbas & Felinus nu. 34. in dicto cap. cũ omnes. de constitutionib. & hæc est cõmunis, secundum Socin. Senio. consil. 45. nu. 14. volumi. 1. & idem etiã in Concilij generalis congregatione dixit August. Beroius in quæst. famil. 136. n. 5. cum sequentib. adeò vt Absentes citati & contumaces non possint ratificare gesta per præsentes, secũdum Bertachinũ in tracta. de Episcopo. 3. parte lib. 1. nu. 36. & hæc vera sunt & procedunt, quoties singuli de collegio congregati sunt & vocati ad hoc per Præsidem, aut alium habentem potestatem congregandi collegium, secus verò si vniuersitas, vel Collegium per se congregatum est, prout fit in ordinarijs congregationibus & capitulis omni hebdomade habẽdis, in ijs enim debent duæ partes adesse, vt factum à maiori parte earum valeat, vt apparet & colligitur ex dictis Doctoribus, & præsertim ex glo. in pragmati. Sancti. titul. de authori. concil. cap. frequens. §. sed si frequens. glo. duarum. primo tomo, pa. 58. in paruis. & Francisco Marco in dicta decisione. 1038. nu. 3. vbi hoc declarat vno modo, scilicet, quãdo terminus electionis, vel alterius actus finiretur, quia tunc minor pars, potest vocare maiorem, quæ si non veniat minor procedet: & sic in hoc secundo casu solet dici, quòd non omnes sunt vocati, quòd vocentur & congregẽtur vt negotium determinetur, & nõ aliàs, neque alio modo, nisi aliud statuto aut antiqua esset consuetudine introductum, ex tex. in d. l. 5. tit. 1. lib. 7. Recopil. & hoc in negotijs arduis, vt in electionibus, in alijs enim minoribus sufficit vocari per sonum cãpanę, secundum Franc. Marcum, decis. 1032. nu. 5. nã in arduis citatio & vocatio specialis requiritur, in alijs vero generalis sufficit, vt omnes notãt in c. 1. & 2. de noui oper. nu. teste Benedicto Capra in suis cõmunibus, verb. vniuersitas, nisi aliud sit consuetũ: nõ tñ valeret cõsuetudo, vt in actibus gerẽdis nõ stetur maiori parti, secũ dũ Afflict, decis. 1. n. 4. & Henric. Bohic. in c. 1. de ijs quæ fi. à maio. parte. cap. & in lib. sequẽte. c. 14. repetem'. Sed an Præses, cõ-

6 uocans Decuriones poterit punire † vocatos non venientes, dic regulariter quòd nõ, quia sufficit, quòd valeat ab interessentibus actũ, & quòd absens puniatur in amissione salarij illius diei, nisi & ipse Preses pœnam imposuerit non venietibus, nam tunc & pœnã illã exequi in contumaces poterit, qui iusto impedimento non se excusauerint. Et quid siquis veniat in fine cõcilij an puniatur, vide Gãdinum de maleficijs, tit. quid sit accusatio. nu. 77. vbi veriorem vocat ꝙ non, de rigore iuris, in ijs tamen plurimũ operatur consuetudo, vt in simili inquit Auenda. c. 19. Præt. num. 14. lib. 1. vbi inquit quòd si vnus contẽnatur vocari ad electionẽ po-
7 test agere de contemptu, & erit electio † inualida, sed si nõ agat de contemptu, valebit, vt ibi per eũ & alibi repetemus in hoc volumi. in lib. 2. ca. 5. gl. pen. ad fi. & probatur ex. l. 10. col. fi. tit. 14. par. 1. Sed quid si aliqui exeunt de Capitulo & Cõsistorio an pos-
8 sint remanentes ibidem † explere actum, tradit Abb. in. c. cum nobis. colum. fi. de electio. & infra isto lib. 1. cap. 8. in additione literæ. d. dicemus. Et an si omnes exierunt Concilium, remanent tamen in territorio, vel propè locũ, vbi electio fit, & aliqui reintrant citius conciliũ, & curiã, quàm alij, an statim reintrãtes pos-
9 sint eligere †, & gl. & ibi Imol. num. 49. in Clem. nè Romani. de elect. inquiunt, quòd sic, si alij non habẽt iustam causam nõ reintrandi. Alia de maiori parte, vide in. c. 14. infra lib. 2. Et an maior
10 pars consideretur respectu numeri †, an verò dignitatis, authoritatis, & meriti personarum, vide Bart. in. l. si vni. ff. de re iudic. Innoc. in. c. dudũ de electio. glo. & Doct. in. c. Ecclesia vestra. eod. tit. glo. & additio. in pragma. Sancti. tit. de electio. c. licet. §. verũ tamen. glo. maiores. 1. tomi, pagi. 145. in paruis, & infra libro sequente. c. 14. & Franc. Marcus decisi. Dalphin. 1033. & iterum in decis. 1391. In practica tamen solus numerus personarum cõsideratur ad maiorem partem constituendã, quia pro pluralitate presumitur, & sic ꝙ maior pars etiam sit sanior, nisi aliud appareat, secundum glo. 3. & ibi Imol. in col. 2. in. c. 1. de ijs quæ fi. à maio. par. cap. ꝙ ego verum intelligerem quoad exequẽdum factum à maiori parte capituli, quo ad hoc enim numerus personarũ tantum inspicitur, sed quoad reuocandum per superiorem actum à maiori parte, cõsideratur authoritas & dignitas minoris partis & eius sanius consilium & votum; & vide optimã decisio. Franc. Marc. 1003. 2. partis. Sed quia id considerari non potest cum per fauas vel lupinos votẽt, cõsiderari nõ possunt qualitates votãtiũ,

& sic practica de ijs nil curat, secundum Lancellotum, de instricano.tit.de elect.§.quòd si.glos.eligentium, sanius tamen consilium & vtilius Ecclesiæ etiam tunc cõsiderari potest, & sic in iudicio reuocatur multoties à maiori parte inutilius factum, & ibi ipse Lancellotus in glo.opponere, tractat quomodo consideretur hæc sanior pars & quãdo, ex Ioan. Andr. & Ab. in c. Ecclesia, 2.de electio. Sed an ad retractationem † actorum per maiorem partem requiretur appellatio, an vero cõtradictio sufficiet, & dicendum est contradictionem sufficere, vt & infra lib. 2. c. 15. per totum. Non tamen reuocabuntur interim acta vt attentata, quia extra iudicialiter fiunt, sed si iudicialiter fierent, esset appellatio necessaria, vt per Doct. maximè Imolam col. 3. & 4. in d. cap. i. de ijs quæ fi. à maio. parte capituli. 11

CAPVT TERTIVM,

Quando Decuriones intrãt curiam quid debet esse ante fores scriptum.

CVM appropinquant Corrector & Decuriones ad limen Palatij est optimum, quòd ante fores pro rostris ponantur aliqua verba, quæ prouocent, & stimulent ad iustè decernendum, & dicit Valer. Maximus in titul. de instit. antiq. quòd Romæ vbi fiebant Concilia erant scripti ij versus: O cõsultores rectos assumite mores, Publica priuatis præponite commoda gratis, Nè damnet vestras animas diuina potestas, vel ponantur versus, quos dictauit vulgari sermone Gomecius Manrique Corrector Toleti, qui hodie ibi stant descripti in hunc modum.

Nobles y discretos varones
Que gouernays à Toledo,
En aquestos escalones
Despojad las affiiciones,
Cobdicia temor y miedo.

Por los comunes prouechos
Dexad los particulares,
Pues os hizo Dios pilares
De tan riquissimos techos
Estad firmes y derechos.

ET in Palatio Pontificis Maximi, quod est Bononiæ in tribunali stat Prętor in manibus gestans stateram, & sunt descripti ij versus, O vos Regentes obliti priuatorum publica curate: vel aliud, quod magis terret & comminatur Propheta: Videte quid faciatis, non enim hominis, sed Dei exercetis iudicium, & quodcunque iudicaueritis in vos redundabit.[a]

ADDITIO.

[a] ¶ Vel pone ante fores Curiæ rigidam illam vocem: memento iudicium Dei: & diem mortis ante oculos habere: nam vt in Psalmo 88. dicitur, Quis est homo qui viuit, & non videbit mortem? eruet animam suam de manu inferi? nihil proderunt thesauri impietatis: iustitia verò liberabit à morte: iter autem deuium ducit ad mortem, Prouerb. cap. 11. & Eccles. 4. vsque ad mortem certa pro iustitia: memor enim esto, quòd mors non tardat, vt Eccles. c. 14. Omnia hæc simul, vel vtiliora apponi possunt ante fores Curiæ: vel Hispano sermone dices, vt alibi vidi scriptum.

O nobles que gouernays
Esta ciudad y su estado,
Mirad que quando aqui entrays
Que el coraçon le trayays
Limpio y no afficionado.
Y cobdicia apartareys,
Temor y parcialidad,
Y publica vtilidad
A priuada anteporneys,
Y en todo seguid verdad.

Parum enim prodest vniuersum mundum lucrari, animæ verò suæ detrimentum pati. cap. Matthæus, de simonia.

CAPVT QVARTVM,

Post quam intrauerint Curiam quid reli- giosum efficient.

SVMMARIVM.

Senatus Romæ fieri non poterat, nisi sacris peractis. nu. 1.
Omissio inuocationis diuinæ non vitiat num. 2. & 4.
Preces ad Deum etiam ex philosophorum sententia necessariæ. nu. 3.
Magistratum vel decurionem trium debere reminisci. num. 5.
Decurio & quilibet alius sex fugere debet. num. 6.

CVM intrauerint curiam in aliquibus locis de more & consuetudine laudabili celebratur missa. Et antiquitus Romæ non poterat Senatusconsultus fieri nisi Sacris peractis †, ita dicit 1
Gellius, noct. Attica. lib. 14. c. 7. ibi, Immolariq; bestiam prius, auspicarique debere, qui Senatũ habiturus esset [a], & dicit tex. in a
c. cũ Ecclesia. de caus. poss. & prop. prius inuocata Spiritus sancti gratia, & licet de more fiat, & in quocunq; actu, quẽ Catholicus exercet, debeat primo inuocare nomẽ Domini, vt inquit text. in l. In nomine Domini. C. de offic. præf. Afri. cum alijs multis [b], si b
tamen ista solennitas omittatur etiam in electione, & etiã si sit consuetudinaria, non vitiatur actus †, vt dicunt Abb. & alij in d. 2
cap. cum Ecclesia [c]. Vnum tamen Consilium accipiant Decurio c
nes, quòd si in Palatio est altare, vel tabula, quæ vulgariter, retablo nuncupatur, flectat genua Decurio, & effundat animã suam coram Deo & Beatissima virgine supplicãs pro rectitudine conscientiæ in illo concilio, & dicat illud Psalmi, Cor mundũ crea in me Deus, & spiritum rectum innoua in visceribus meis: vel aliud, Pone Domine custodiam ori meo, & ostium circunstantiæ labijs meis Psalmo. 40. Nè declines cor meum in verba malitiæ ad excusandas excusationes in peccatis, & hoc dicto intret concilium. [d] d

ADDITIO.

[Esset] Preces enim ad Deum † etiam ex Philosophorum sen- a 3
tentia necessariæ sunt, vt refert Raphael Volaterranus in cõmentarijs vrbanis, lib. 29. titul. de supplicijs. cap. 2. & in cap. 1. tractat,

quòd preces spretæ habent Deum vltorem, & in cap. 3. quomodo aut quid orandum, declarat.

b [Multis] Inuocatio enim diuini nominis debet fieri in quolibet principio, vt per tex. in cap. In nomine Domini. 23. dist. & in authen. de quæstor. §. 1. & in authen. de armis in princ. & text. in cap. 2. de testib. tex. in. c. non liceat. 26. q. 5. & in authen. vt præpon. nomen imper. post prin. nã vbi Christus non est fundamentum ibi nullius boni operis est initium, c. cum Paulus. 1. quæst. 1. eò quòd quãdocunque & vbicunque fit inuocatio diuini nominis, sequitur bonum initium, melius medium, & optimus finis, vt in authen. quom. oport. Episc. in prin. & glo. in Procœmio, Instit. Deus est enim principium, medium, & finis, vt per textum & ibi Abbas in cap. 1. de sum. Trinit. & in Procœmijs Partitarum primæ & secundæ, & ibi glo. alias rationes ponit glo. in. dict. Procœmio, Instit. & gloss. in authen. vt præpon. nom. Imp. & in authent. de hære. & falc. in princip.

c [Ecclesia] In instrumẽtis tenet Bart. in repetitione. §. si initium l. si quis ex argentarijs. num. 7. ff. de edendo. vbi Oroscius in col. 736. in princ. hanc dicit receptiorem opinionem, & comunem etiam testatur idẽ Oroscius, & Petr. Costal. in Procœmio. ff. vet. in princip. & pro hac communi pondero text. in Procœmio primæ partitæ. in versic. Onde todo omẽ. Dum ibi de cõsilio & honestate non verò de necessitate loquitur legislator, quicquid ibi velit Gregorius Lupus. Si tamen ex cõsuetudine id fieret, secus esset, secundum Orosci. & Costal. in dict. Procœmio. ff. vet. & ibi Bartolnum. 6. dum consueta apponi, apponenda esse asserit, ex gloss. in dict. authen. vt præponatur nomen Imp. & tenet Alciat. in lib. 9. Parærgon. c. 6. & Anto. Vacca in eod. Procœmio. ff. vet. in princ. talem tamen consuetudinem ad inualidationem contrarij actus requirerem, quæ duabus saltim sententijs esset confirmata, non verò si tantum ex notariorum stylo id fieri soleret.

d [Consilium] vel dicet illud Psalmi. 38. dixi custodiã vias meas, vt non delinquam in lingua mea. Et trium reminisci Magistratũ

5 vel Decurionẽ † oportet, scilicet, q hominibus presidet, q secũdum leges presidet, q non semper presidet, vt inquit Volaterranus, vbi supra, d. lib. 29. c. 3. Et sex fugiet Decurio, & quilibet ali-

6 †, quæ quidem odit Deus, & septimum detestatur anima eius, oculos sublimes, linguã mẽdacem, manus effundẽtes innoxium sanguinem, cor machinans cogitationes pessimas, pedes veloces ad

ces ad currendum in malũ, proferentem mendacia, & eum qui seminat inter fratres discordias, vt habetur Prouerbiorũ cap. 6.

CAPVT QVINTVM,

In quo loco debent congregari & quomodo.

SVMMARIVM:

Concilium non potest haberi nisi in loco publico. num. 1.
Antiquitus per Augures locus concilio deputabatur. num. 2.
Differentia erat inter ædes sacras & templa. num. 3.
Concilia non debent fieri in Ecclesia. num. 4.
Locus publicus quot nominibus nuncupetur. num. 5. *&.* 6.
Concilium qua voce aut instrumento congregetur. nu. 7.
Electio, aut actus in loco non consueto factus an sit nullus. num. 8.

CONgregatio Concilij debet fieri in loco publico ad id deputato: & si nõ fit locus talis publicus per. l. ordin. Regum Catholicorum in curijs Toleti[a] iubetur officialibus, vt cõ- a
struant locum publicũ vbi tale concilium, & congregatio fiat sub certis pœnis in. d. l. contentis. & cõcordat ius cõmune, quòd concilium nõ potest haberi nisi in loco publico †, putà in curia 1
l. 2. C. de decurio. libr. 10. & ibi Bart. & Platea, & est text. in. l. si quis. C. delegat.[b] & locus publicus est curia, vbi solẽt cõuenire, b
vt dicũt ibi Doct.[c] Antiquitus enim Senatusconsultum non po- c
terat fieri nisi in loco per Augures cõstituto[d] †, quod templum d
appellarent, & si aliàs fieret, iustum non fuisset. In tantũ, quòd in ædibus sacris non poterat fieri nisi essent templa, quia differẽtia erat inter ædes sacras & templum †, prout de ijs non insipide tra- 3
ctat Aulus Gellius in. d. libr de nocti. Atti. lib. 14. capit. 7. Hodie diuersum statuitur, quia propter reuerentiã diuinæ Domus talia cõcilia nõ debent fieri in Ecclesia †, cap. decet. de immu. eccles. 4
in. 6. ibi, Cessent confabulationes & Parlamenta.[e] Et iste talis lo- e
cus publicus concilij habet diuersa nomina, quia vocatur Conciliũ, Senatus, Ordo, Collegiũ, Cõgregatio, Capitulũ, Adunãtia, Curia, Corpus †, prout plenè prosequitur, Anto. de Roselis in 5
tracta. de potestate Papæ: vocatur etiã Palatiũ & Prætorium in. l.

2.C.de decurio.lib.10.& ponit plura vocabula Isidorus lib.Ethicor.6. De canonibus Conciliorum, vocatur etiam communitas, vel vniuersitas. cap. fina. de procurat.& ibi Docto.& proprium nomē est concilium, quod nos appellamus, Consistorio, vt dicit text. in.l.pupillus.§. Decuriones.ff.de verbo.signifi.ibi, concilij publici gratia conscripta est, & tale Concilium congregatur ad sonum campanæ vel tubæ, vel voce Præconis, vt est consuetudo, vt dicunt Doctores in dict.l.2. C. de decurion. libr.10. Romæ per præconem Senatus in curiam vocabatur, Sa- f bell.lib.1.fol.29.f

ADDITIO.

a [Tolet.] Quæ est.l.1.titul.1.libr.7.Recopila. &,l.15.titul.6. lib.3. eiusdem Recopil. vbi dixi late, & cuius expensis fieri debeat.

b [C.delegat.] In loco enim publico & ad hoc à maioribus deputato facienda hæc sunt, & in loco maiorum iudicandum, secundum text. vbi Bart. & Bald. in.l. penult.ff. de iust.& iure. & in.l.7.titul.4.parti.3.&.l.4.titul.9.lib.3.Recopil. Sed an si alibi quàm in loco deputato aliquid agatur aut determinetur per Decurionum collegium, putà electio ad aliqua officia, validum erit, & dicendum est quòd sic, dummodo locus sit honestus, locus enim non est de substantia electionis, secundum Hostien.in cap.quod sicut.de electio.cuius opinionem communiter teneri per Doctores, asserit Abb.in cap. quia propter. col.2. versic.vel saltim. de electio. & Francisc. Marcum decisió. Dalphin.1035. nisi aliud de consuetudine haberetur, vt per Lamberti.de iure patrona.7.artic.2.quæstionis princ.2.partis.libr.2.f.mihi.118.col.4.

c [Dicunt ibi Doctores.] Et diximus in cap.1.supra isto libro.

d [Cōstituto.] Vt optimè per Hotomanū, de verbis iuris. in fine, in titul.de Senatu.cap.4.

e [Parlaméta] quòd & probatur in cap.cum Ecclesia. de immun. ecclesi.& text. in.l.1.titul. 11. parti. 1. & motu quodam proprio Sanctis.in Christo Patris Pij Quinti sic prouisum est, de quo memini in.l.1.titul.2.libr.1.Recopil.& refertur hic motus proprius per Didac.Perez in Rubrica titul.19. lib.8.ordin.& in.l.4.dicti titu.2.libr.1.Recopil.est etiā text.pro hoc, & tradit Archiepiscopus Florentinus in.3.parte suæ summæ, titul.12.cap.3.in princip & optimè per Don Bernardino de Sādoual, in suo tract. Del officio Ecclesiastico.4.part.cap.10. Et sic actus iudiciarij in Ecclesia

facti sunt

facti sunt nulli, ex cap.decet.§.1. de immun.eccles.in. 6.etiam si ab arbitris sint facti, secũdum Abb. in cap. quintauallis.nu.25.de iure iuran.& hoc si sunt actus contentiosi, secus si voluntarij, secundum Bart.in.l.actus.C.de ferijs.& iterum in.l.2.vbi & Bald. C.de sacrosanct.eccles.& Abb.in cap.fin.nu.18.de ferijs.& in.d. cap.cũ ecclesia.nu.6. &.7.de immun.eccles.& hoc quoad iudicem laicum, secus verò quo ad Ecclesiasticum, acta enim per eum facta in causa Ecclesiastica in Ecclesia valent, ex capit. qua fronte.& ibi Doctores, de appellationib.

f [Fol.29.] De quo & tractatur per Bartol.in.l.2. C. de decurio. libr.10.& plenius per eũdem in.l. omnes populi.quęst.2.princ. col.6.ff.de iusti.& iure. non tamen ad sonum tabulæ, sicut fit in Ecclesia in die Veneris sancti, secundum eundem Barto.in.l.fin. C.de præd.curial.libr. 10. Factum tamen sine cõuocatione nihil valet, secundum Bartol.in dictis primis locis. Intellige tamen dicta procedere quoad actus & negotia modicę æstimationis & valoris, in ijs enim sufficeret congregatio ad Sonum tubæ vel cam panæ solitæ tangi ad congregationem Concilij, sed in electionibus & actibus vbi absentes vocandi sunt, specialis citatio & vocatio requiritur, neque sufficit per cãpanam, tubã, vel Præconem, secundum Bart.& relatos per Franc.Marcum in decisio.Dalphinali.787.quæritur an in actu. Sed an præsumetur legitimè actum & congregatum concilium, & omnia solenniter esse acta, si notarius sic attestetur, vide Freder.de Senis, consil.288.& additionem magnam Bartol.in.l.nulli.ff. quòd cuiusque vni.nom.& remissiuè Burgos de Paz in.l.3.Tauri.1.parte, cõclusione.5.nu.823. Et notandum quòd Concilium hoc sic congregatum totum populum repræsentat, secundum gloss. in Rubrica. C. quæ sit lon. cons.& gloss.in.l.sed ex dolo.§.1.ff.de dolo.& tenet Alexand.in l.2.ff.de iure immun. licet non ex toto id sit verum semper, præsertim in concedendis immunitatibus, vt inquit Octauianus in decisione Pedamonta.95.num. 22. Quod quidem concilium an possit syndicum creare, vide Iaso.in.l.ciuitas.num.9. cum.7.sequen.ff.si cert.pet.& Doct.in. c.1.de maior.& obed.& dicemus in libro sequẽte.c.18.super verbo syndicum. Et an possit remittere debitum, vel gratiam facere in cap. 19. libri sequentis videbimus annuente Deo.

CAPVT SEXTVM,

Qua hora sedebunt.

DICIT Gellius de noctibus Atticis lib.14.capit.7. Senatusconsultum ante exortum, aut post occasum Solis factum ratum non fuisse. Opus etiam censorium fecisse existimatos, quodquod eo tempore Senatusconsultum factum esset. Et quia ibi debet interesse iudex, vt infra dicetur, videtur quod mane & vespere fieri debet, non de nocte, authen. de iudi. §. sedebant, collat. 6. c. cõsuluit. de offic. dele. & est de more Hispaniæ, nisi aliqua necessitas vrgeat, vt ibi notatur.

ADDITIO.

¶ De isto capitulo, vide Franc. Hotomanum, de verbis iuris in fine, titul. de senatu, capit. 3.

CAPVT SEPTIMVM,

An & per quem compellantur Decuriones venire ad concilium.

SVMMARIVM.

Decurioni non accedenti ad concilium solum amißio salarij imponitur. n. 1. & 2. limitatur.

Antiquior Decurio deficiente Præside potest congregare concilium. n. 3.

IN compellendo & multando Decuriones venire ad curiam, Gellius vbi supra. dicit post Marcum Varronem, hæc verba, Præter hæc de pignore capiendo disserit, deque mulcta dicenda Senatori, qui cum in Senatu venire deberet, non adesset. & dicit Volaterran. in Philologia, lib. 24. titul. Magistratus, hæc verba, citatis verò ex lege non venientibus pignora auferebãtur, vt videre licet apud Ciceronem de oratore, lib. 3. duobus tantum exceptis casibus, cum supplicatio, aut triumphus alicui decernendus erat, nam tũc vbi placerent libenter oẽs sponte, & nõ coacti properabant, per leges Regni non imponitur pœna Decurioni non

non accedēti, nisi vt amittat salarium a: † vnde ego crederem, quod a 1
si non vocatur specialiter Decurio, vel Senator, quod non incurret aliam pœnam, nisi priuationis salarij pro illo die, sed si per Prætorem vocatur, tunc potest ei imponere pœnam † ratione cōtemptus. l. 1. ff. si quis ius di. non obtemp. quia cum sit parua pœna priuationis salarij potest iudex adijcere pœnam. cap. vt animarum. de constit. in. 6. & c. à nobis. de senten. excom. sed si Corrector, vel Magistratus deficeret, & antiquior Decurio vult cōgregare concilium, b alij debent sibi parere, † Sed si nō parent, nō habet 3 b
jurisdictionē eos puniendi, sed potest procedere ad actus, qui debent fieri non expectatis alijs, cum ijs, qui interfuerint. Innocē. in cap. 1. de maio. & obed. Bart. in. l. 1. ff. de albo scriben. per Doctor. in. l. 2. C. de Decurio. lib. 10.

ADDITIO.

[Salarium.] Vt probat text. in. l. 5. titul. 3. lib. 7. Recopil. a
[Concilium.] Prout potest in. l. 1. C. de cōsulibus lib. 12. & tenet b
Bart. in repet. l. omnes populi, nu. 16. ff. de legibus, & ibi Doctor. maximè Oroscius, in col. 58. in medio, & Abb. in capi. in causæ, de electio. & sic obseruatum pluries testatur Anto. Gama, in decisio. 1. Lusitana, nu. 45. & faciunt dicta per me in. l. 25. titul. 16. lib. 2. Recopi. & de ijs vidi post Marcum Anto. Cucho, de institutio. cano. titul. de electio. num. 163. cum sequen.

CAPVT OCTAVVM.

An possint sine Præside congregari.

SVMMARIVM.

Prætor est caput concilij num. 1. & 6.
Concilium non potest fieri sine Prætore tanquàm capite. num. 2.
Capite deficiente an possint congregari. nu. 3.
Rector non requiritur ad esse collegij quia in vno collegium consistit. n. 4.
Authoritas alicuius vbi requiritur in actu, si est impeditus potest actus sine illo fieri. num. 5.
Prætor est caput collegij secularis, Episcopus Ecclesiasticorum. num. 6.
Collegium in vno residere potest, num. 7.

Vnus solus remanens potest petere à superiore Ecclesia, vt prouideatur. num.8.

Omnibus discedentibus de capitulo vnus solus remanens potest eligere. num.9.

Capitulum Sede vacante, succedit in ijs quæ sunt ordinariæ iurisdictionis, non si delegatæ. num.10. cum sequent.

Dispositio non extenditur de persona ad personam, neque de casu ad casum. num.14.

a QVIA Concilium sine præside non potest cōgregari, fuerūt opiniones Legistarum in. l.1. ff. de decret. ab ord. fa. & in. l. nulli. ff. ꝙ cuiusq; vni. nom. & Cano. in. c.1. de Syndico. Hodie est expeditum per iura nostri Regni, ꝙ sine
1 b Prætore tanquàm capite † [b], non potest fieri concilium †, & sic
2 c disponit lex ordin. situata sub titulo *De los concejos.* [c] Sed quando deest potestas seu Prætor, an posint congregari, seu administrare sine Præside etiam deficiente Potestate ordinaria loci, &
3 est tenēdum quòd sic, † per ea, quæ dicit Innoc. in cap. cum non ignoret, de Præbend. quod refert Bald. in. l. fin. ff. de colleg. illici. vbi dicunt ꝙ ad esse collegij non requiritur ꝙ adsit Rector.
4 d [d] † Item per text. in. l. vbi absunt. ff. de tut. & cur. dat. ab his, qui dicunt quòd etiam in iurisdictionalibus deficiente Rectore suc
e cedit vniuersitas [e]. Item quia vbi requiritur in actu Authoritas
5 alicuius, si ille non est, vel est impeditus, † potest fieri actus sine illo, vt est text. in. l. si furiosi. C. de nuptijs. not. Bald. in. l. in coniunctione. C. eod. Bald. Ange. & Alexand. in. l. Turpia. §. fi. de legat. 1. ex quo sustētatur actus sine Prætore, quando ille deficit.

ADDITIO.

a [Congregari.] Vt suprà, cap.2. in additione diximus.

b [Capite.] Potestas & prętor ciuitatis in secularibus est caput
6 collegij, vbi aliud non habet: † Et Episcopus clericorum, secundum Bart. & ibi addit. magnam literam. c. in dict. l. nulli, & Additio. eiusdem Bart. in. l.2. num.4. C. de decurio. lib.10. & text. & ibi Doctores, maximè Imol. notabil.1. in cap. nouit. de ijs quæ fiunt à prælat. sine cons. cap.

c [*Concejos.*] Quæ quidem lex ordin. vt credo, est. l.3. tit.1. lib.7. Recopil. dum ibi ad iustitiæ administratores respicit pœnæ impositio, si alios quàm Rectores & concilij officiales permiserit

concilium

concilium introire, ergo correctori incumbit cōuocatio & congregatio Concilij, nec reperi aliam legem, quæ probaret intentum Authoris, nisi istam.
[Rector.] Quia ius collegij in vno residere † potest. l. sicut. §. in Decurionibus. ff. quod cuiusq; vni. nom. quoties spes est, quòd alij subrogabuntur in locum demortui, vel demortuorum, alioquin contra, & dicitur esse spes, quandiu collegium authoritate iuris non est destructum, quanuis de facto sit occupatum, & solus hic remanēs potest petere à superiore vt Ecclesiæ, aut senatui † prouideatur, vt inquit optimè Rebuff. in. l. Neratius Priscus. 85. versic. ius autem collegij. pag. 530. ff. de verbor. signifi. vbi in versic. idem dico, inquit, idē esse si visis nominationibus vel mādato discedant omnes canonici de capitulo, vel omnes Senatores de senatu † tunc solus remanens posset eligere, secundum Doct. contra gl. ibi in cap. bonæ. 2. de electio. & Abb. in cap. cū nobis. col. fin. eod. titu. & gloss. not. verb. Omnes. in Clem. nè Romani. §. porro. de electio. & ibi additio marginalis, & Franc. Marc. decisio. Delphina. 781. & . 783. & in. 1337. & Pauin. in de potest. c. sede vacan. 1. part. prælu. 5. col. 5. in antiquis, & glo. & eius additio. in prag. sanctio. titu. de author. concil. cap. frequens. §. sed si fortè. verbo, duarum. & idem Francisc. Marcus decisio. 785. nu. 4. vbi ita esse dicit etiam si maior recedat pars, quòd tamen intelligit verum, Anto. Cucho in de instit. canoni. tit. de electio. nu. 182. quoties terminus electionis finiretur, vt & per Franciscum Marcum decisi. dicta 1337. Secus vero aliâs, quia tunc per discessum maioris partis resolutum est capitulum, & sic minor remanens actum explere non poterit, & nihil allegat, & per cōsequens aut sua opinio non est tenenda, vel est intelligēda vt procedat quoties tractatum est vt capitulum dissoluatur & per maiorē partē sic est votatū, & statim discesßit maior pars, secus vero si nihil de dissolutione tractaretur, sed paulatim vel in simul maior pars discesßit remanēte minori: tūc enim nō censerē dissolutum capitulum, sed remanētes actum, ad quem capitulum fuit vocatum explere poterunt, aliter enim faciliter elidi posset capitulum, & esset contra supradicta: ex quibus Archidia. relatus per Rebuff. vbi supra dixit quòd vnus solus Consularijs defunctis regere debet ciuitatem: omnibus tamē exeuntibus à capitulo, compellentur reintrare, secundum Cardinal. in dict. §. porro.
[Vniuersitas.] Sicut & capitulum ecclesiasticum sede vacante morte,

morte, vel trãslatione Episcopi succedit in ijs, quæ iurisdictionis
10 † sunt ordinariæ, ex text. in cap. 1. de maior. & obedien. in sexto. & cap. 2. ne sede vacan. & not. in cap. 2. nē prǽl. vic. suas, tam in spiritualib⁹, quàm in temporalibus. capit. penul. & fin. de sup. neglig. prælat. in sexto. capit. is, cui. de electio. in sexto. & hãc regulam affirmatiuam ponit Rebuff. in praxi benefi. titu. de deuolut. nu. 58. cum sequen. pag. 249. cum sequentib. quicquid alij secundum eum ibi, num. 57. velint, id solum procedere in casibus à iure expressis, vt latè per Lambert. de iure patrona. libr. 1. quæstione. 2. princip. primæ partis. artic. 9. nu. 1. & sequen. fol. 14. Quam regulam affirmatiuam Rebuffi, limita vt procedat dum tamen dictam iurisdictionem ordinariam necessarium sit capitulum Se
11 de vacante † exercere, secundum glossam in Clementi. 1. de hæreticis: tenent omnes Moderni in capit. cum olim. de maioritate & obedientia, teste Lambertino vbi supra, & sic vbi imminet periculum & præiudicium poterit capitulum Sede vacante dictam ordinariam iurisdictionem exercere, secus verò vbi dicta necessitas præiudicium vel periculum cessarēt, vt inquit Rebuff. vbi supra, num. 86. Capitulum enim sede vacante solum est ad-
12 ministrator † necessarius non vero voluntarius, secũdum Bote, in tracta. de synodo Episcopi, in. 3. parte, nu. 34. fol. 31. in paruis, vbi hanc communem testatur sententiam, & sic neque visitatores nominare poterit nisi necessitas vrgeat, vt per Dominũ Francisc. Sarmiento, select. interpr. libr. 3. cap. 15. num. fina. Secundo non succedit capitulum in ijs, quæ competebant Episcopo iure delegato, vel ex priuilegio singulari, secundum gloss. & Doct. in Clem. 1. de hæreti. cap. fin. de priuil. in. 6. tenet Rebuff. vbi supra nu. 68. Maranta in pract. distin. 5. nu. 66. pag. 135. & Francus in capit. 1. de maio. & obed. in. 6. vbi communem testatur, etiamsi per viam iurisdictionis, delegatæ tamen, id competeret Episcopo, nam secundum Felin. in cap. eam te. col. 16. versic. in mãdato. de rescript. non succedit capitulum Episcopo in jis, quæ ei competunt iure accidentali, etiam si essent iurisdictionis, vt per eũdem Felin. plura allegantem & distinguentem in cap. verum. de foro compet. & sic in mandatis Episcopo non succedit capitulum, vt pulchrè per Felin. in cap. cum olim. de maior. & obed. & iterũ in dict. cap. eã te. Potestasque Episcopo iure speciali concessa creandi Licentiatos & Doctores non competit, capitulo sede vacãte, vt per Abb. in dict. cap. cum olim. & Rebuff. vbi supra. nu. 69. &

horum

horum ratio est, quia in ijs nullam communionem habent canonici cum Episcopo, & priuilegium personale non egreditur per sonā, sed potius cū ea extinguntur cap. sanè. de priuileg. in. 6. cap. priuilegium. de reg. iur. in. 6. & quòd speciale est in vno casu nō debet in alio verificari, quódque principaliter fauore, præmio, vel respectu certæ personæ est introductū non debet ad alias personas extendi. l. quod vero cōtra. l. ius singulare. ff. de legibus. l. 1. ff. ad municip. regul. ea quæ. de regulis iuris in. 6. bona gloss. specialiter in cap. præsertim. §. loca. de præben. in. 6. dispositioque nō est extendēda de persona ad personam, neq; de casu ad casum †, 1 4
l. si vnus. §. ante omnia. ff. de pactis. l. si quis ita. ff. de testam. tutel. l. fideiussores Magistratus. ff. de fideiussor. etiam ex disponentis verisimili mēte, vt dict. l. si quis ita. §. penul. bonus text. in. l. si ita scriptum. in versicul. quòd non est de cōtrario. de legat. 2. notat Areti. in. l. Gallus. §. & quid si tantum. nu. 18. ff. de lib. & posthu. Decius consi. 261. nu. 6. & latius consil. 372. col. 2. singulariter per Iaso. consil. 220. col. 3. ad fin. lib. 2. vbi hoc ampliat dato quòd eadem ratio militaret, & præsumpta mens disponentis, etiam si ita respondisset, si de eo interrogaretur, vt latè per Parisi. consil. 87. vidi & legi num. 12. cum sequentibus, volumine. 2. & mirabiliter per Crauetam, consilio. 161. num. 11. cum pluribus sequentibus. & Molina de primogen. Hispan. lib. 1. cap. 4. num. 3. cum. 2. sequent. quæ optima sunt & singularia pro potestate capituli sede vacante. De quo & per Marc. Anton. Cucho. in libro. 2. de instit. canon. titul. 9. num. 1. cum sequent. Sic & Rectorum collegium mortuo Prætore nihil aliud potest facere, quam nominare iudicem interim quòd Rex prouidet, ne ciuitas iudice, collegiúmque capite careant interim, vbi sic de consuetudine habetur.

CAPVT NONVM.

Quid si tangit Præsidem quod debet consultari.

QVOD si actus super quo deliberatur tāgit [a] præsidem, a & prę timore, vel verecundia non proponitur corā eo, quod tūc erit remediū? & videtur ꝙ vniuersitas, vel concilium congregatum potest sine Rectore deliberare quid

 sit facien

ſit faciendum, & hoc per gloſſ. in. l. cum non ſolũ.[b] §. fina. C. de bonis quæ lib. quæ dicit, quòd ſi filius fami. vult agere contra patrem, non requiritur eius conſenſus, & per ea, quę notant Abb. & Doct. in. c. nouit. de ijs quæ fi. à Pręla. & per alia notabiliter ac cumulata per Felin. in. c. edoceri. de reſcrip. in verſic. omittitur conſilium ſuſpectũ, ſed quia in hoc poteſt interuenire fraus quia hoc colore poſſunt conſulere & deliberare in alijs, cautela erit, quòd iurent, & tabellio capituli iuret, ꝙ circa alia non practicabunt, vel ad iſtum actũ corrector ſeu Præſes ſubſtituat vicarium [c], vel vicegerentem, in quo non cadat ſuſpicio, & ſic poteſt validari actus.

ADDITIO.

a [Tangit.] Idque ex eo procedit, quòd ille, quem negotium tractandum tangit non debet eſſe præſens in concilio, vt diximus. L. 34. tit. 6. lib. 3. Recopil. per tex. ibi

b [§. finali.] Aliàs eſt in principio ipſius legis, cum non ſolum, verbo, imponenda ad fin. & diximus in dict. l. 34. num. 2.

c [Vicarium.] Sed quem ſubſtituet, qui non eadem ſuſpicione laboret? certè nullum, nam quoties ordinari* iudex eſt ex aliqua
1 cauſa ſuſpectus, poteſt ex eadem cauſa † recuſari eius vicarius, licet in ſpecie contra vicarium nulla alia ſit ſuſpicio, ſecundum Abb. & Felin. in capit. inſinuante. col. 1. de offic. delega. & Marantam in pract. tit. de appell. nu. 18. pag. 558. in antiquis, & quis vellet ſimilem vicarium ſubſtituere, imò ſi tale quid ſciuerit, aut ſuſpicauerit, omni poſſe reſiſtet, & obſtaculũ ponet, nè ſine eius præſentia tale quid fieret, ideò facilius erit primum remedium, ſaltem minus impedimentum trahet.

CAPVT DECIMVM,

Quæ perſonæ poſsint ingredi curiam.

SVMMARIVM.

Decuriones ſolum curiam ingrediuntur. num. 1.
Quo tempore adquiratur poſſeſsio curiam intrandi. num. 2.
Deputati alicui vſui illi tantum & non alij eo vti debent. num. 3.
Scienter intranti Conſiſtorium & perturbanti imponitur pœna nume. 4.

Decimum caput iſtius libri quærit, quæ perſonæ curiam ingrediantur, & ſecundum leges Regni circa hoc obſeruabitur

conſue-

consuetudo,[a] vel priuilegium ciuitatis, sed cessante consuetudi a
ne de iure Romano antiquo, & de iure Regni nostri, solum † b 1
Decuriones [b] & Senatores habebant authoritatem intrandi curiam,& consulendi omnibus alijs exclusis & remotis, & ponit c
lex Regni [c] pœnam præsidi consentienti talem ingressum,prout in dictis legibus continetur.

ADDITIO.

[Consuetudo,Et per quod † tẽpus acquiratur possesio intran- a 2
di curiam,vide per Menochium, de retinenda possesio.remedio.5.num.12.

[Decuriones.]Et alij itidem intrabũt à legibus.2.&.3.tit.1.lib. b
7.Recopil.designati,& hoc quia deputati ad aliquẽ vsum,illi tantum,& non alij † eo vti debẽt,vt per Auendañum. cap. 15.Præt. 3
nu.1.lib.2.qui & in cap.23.nu.4.inquit quòd etiã suspecti cõsiliarij sunt expellendi,vt in l.34.titul.6.lib.3.Recopil.diximus.

[Regni.]Quæ est dicta l.2.& 3.titu.1.lib.7.Recopil.vbi & pœ c
na imponitur personæ intranti conciliũ,quæ nõ sit de permisis,
quam tamen pœnam persona talis incurret si scienter † & cum 4
perturbatione cõcilij intrauerit persona talis,& sic dolose,secus verò si ignoranter,vt apparet ex dicta l.2.ibi. *contra los que lo contrario hizieren y perturbaren*, & ibi, *a sabiendas*, quasi secus si errore, vel ignorantia,& sine animo perturbandi concilium.Itẽ & tunc demum ille, qui scienter intrat curiam incurrit pœnas illius. l.2. quoties vltra ingressum,vult se intromittere circa negotia in cõcilio illo tractãda,prout constat ex dict.l.2.ibi *No entren, ni esten con ellos en sus ayuntamientos*, ponderando dictionem illam, *ni*, quæ copulatiua negatiua est,vt diximus in.l.10.tit.1.lib.4.Recopil.& ibi in dict.l.2.*y que en los negocios de los tales Regimientos*,iunctis illis verbis, *y contra los que lo contrario hizieren y lo perturbaren*, quasi & in ijs consistat etiam perturbatio.

CAPVT VNDECIMVM,

Consiliarij nostri temporis in cuius locũ successerunt,& qui vocantur Patres conscripti.

SVMMARIVM.

Consiliarij ciuitatum in locum Decurionum successerunt. nume. 1. & 10.
Decuriones fuerunt dicti ex Decurijs. nu. 2.
Senatores proprie sunt consiliarij Principis. nu. 3.
Capitulum vocatur congregatio Decurionum. num. 4.
Senatores & consiliarij Regij an possint vocari Patres conscripti. nu. 5.
Crux hodie videtur in capite Imperatorum. num. 6.
Romæ quilibet potest conueniri, cum declaratione. num. 7.
Romam duplicem fuisse. num. 8.
Patres conscripti qui. num. 9.

POST ingressum Palatij, quia consiliarij administrant res ciuitatis, ne Paralogizentur in vocabulis, est sciendum, quòd consiliarij ciuitatum successerunt in locum Decurionum,
1 † glo. in Rubrica. C. de decurio. libr. 10. & l. sed si ex dolo. ff. de
a dolo. a. Sed qui erant Decuriones in incerto est, quia Sabellicus. AEneadis. 2. lib. 6. fol. 84. dicit, quòd antè electionē Senatorum
b Romæ fuit facta quædam partitio in Decurias b, ex quibus fuerunt dicti Decuriones, & ex hoc ego nomē imposui huic tractatui, quia nuncupatur Decuria, à qua Decuriones deriuantur; & Lucas de Penna, in Rubrica de decurio. lib. 10. dicit, quòd à De-
2 curia vocantur † Decuriones. In iure nostro aliter deriuatur Decurio, quia text. in dict. l. pupillus. §. Decuriones. ff. de verborum signifi. dicit quòd Colonia, quæ deducebatur vt prouincia capta, secundum gloss. ibi, Decima pars eorum, qui deducebantur consilij publici gratia conscripta erat; & secundùm Accurs. ibi, quòd decies Decem eligebantur, & sic centum probiores, & ex illis
c decem eligebantur ad Decurionatum c. Et alibi gloss. in l. 2. ff de decurio. dicit, quòd dicto de municipibus est videndum de ijs, qui regunt municipia. Ex quo infertur, quòd in Regno nostro
d non recognoscenti superiorē, prout erat Roma d, quia habet iura
3 Imperij, propriè Senatores sunt consiliarij Principis †, & Auditores Regiæ Audientiæ; & cōgregatio illa vocabitur propriè Senatus. In alijs autem ciuitatibus & locis vocantur Decuriones,
4 & congregatio illorū vocabitur Capitulum †; consilium & alia
d nomina, de quibus supra e. Infertur aliud, quia licet verum ab initio Senatores fuerunt vocati Patres, quod hodie solum possunt vocari Patres, consiliarij, & Auditores Regiorum tribunalium.

 Alij au-

Alij autem decuriones non vocantur Patres f. Sed an isti Senatores regni, consiliarij, & auditores possunt nũcupari Patres conscripti †, & quid hoc significet, adhuc sub iudice lis est, quia Sabellicus.d.fo.84. dicit hęc verba, Sunt qui huiusmodi viros ab initio Patres conscriptos appellatos existiment, sed multo plures ita interpretantur, vt cum recentior numerus à Prisco Tarquino g fuit huic adhibitus, conscripti dicti sunt. Alij dicunt, quòd cum Sabini à Tatio sunt Romam traducti, & in Senatum collecti, cõscriptorum Patrum appellationem primo vsurpatam arbitrãtur Volaterranus in Philologia, fol. 314. dicit. quòd Senatores ij à Romulo fuerunt centum numero Patres appellati, qui verò per Reges & alios additi fuerunt Patres conscripti fuerunt nuncupati, sed gloss. in.l. vna. C. de caducis tollend. interpretatur dupliciter. Primò quia ideò dicti sunt, quia scripta erant eorum nomina in Diademate capitis sui: vel ratione ætatis, vel curæ [h], quam habebant ad Imperium vt Patres, & idem dixit gloss. in Procœmio Codicis, & hanc gloss. vel errorem secuta. l. Partitarum. 7. tit. 18. parti. 4. quæ dicit hæc verba, *Otra honra muy grande a el consejero del Principe sin la que de suso diximos, que llaman ansi como padre: ca en la corona del Emperador escriuen el nombre del tal consejero, porque se pan los hombres por cuyo consejo se guia* [i] Plutarchus autem Philosophus & præceptor Traiani in quodam problemate dicit hæc verba, Cur Senatores, alios Patres conscriptos, alios Patres tantum appellabant. An eos, quos Romulus elegerat Patres & Patricios nominabant, quasi bonis parentibus natos, reliquos deinde ex plebe electos, & adscriptos in Senatum, conscriptos vocitabant, Franciscus Silinus in commento Epistolarum Angeli Policiani, Epistola. 4. dicit hæc verba, Senatorum numerum Albanis deuictis Tullus Hostilius [k] auxit post exactos Reges Iunius Brutus [l], equestris ordinis primates in Senatum elegit, qui conscripti patres appellati sunt, quasi ad aliorum numerum adscripti, vnde conscripti Patres appellari cœperunt, quod sumpsit ex Lu. Fenestella [m]. Ego ex prædictis quid eligã nescio [n], video antiquos interpretantes, Patres conscriptos solum additos, cui repugnant plura iura antiqua. C. quæ omnes Consiliarios Principis Patres conscriptos appellant, Item legi Partitarum supradictæ, & Accursio repugnat ratio naturalis, quia licet in pretio & honore fuissent habiti consiliarij, non est credendum quòd nomina eorum in Diademate Principis essent scripta, sed verisimilius est

quòd nomen, quod est super omne nomen IESV CHRISTI Domini nostri, & nomen gloriosæ Virginis essent scripta: vel etiam sculpta Crux pretiosa, iuxta illud Augustini, Crux, quæ erat supplicium Latronum hodie videtur in capite Imperatorum †: habent etiam isti Consiliarij alia nomina, & in qualibet prouincia diuerso nomine nuncupantur, putâ Priores, Anciani, maiores, Curiales, & Decuriales, vt dicit Lucas de Penna in Rubrica. C. de decurion. libro decimo. Appellantur etiam Patres ciuitatis, textus in. l. qui conditioni in fine, & ibi Platea. C. de ijs qui sponte mun. suscipi. libro vndecimo. Dicitur etiam procurator illius ciuitatis. l. procuratores. C. de decurionib. libro decimo. dicitur & curator. l. omnes iudices, & ibi Platea. C. eodem titulo. Vocãtur etiam iurati, id est consiliarij, textus & ibi Doct. in cap. fin. de procurat. ex quo patet, quòd impropriè in Regno nostro in aliquibus locis tribuni vocantur iurati. In municipijs, quia non sunt decem, sed in minori numero, vocantur duumuir, vel triumuir, vel aliter secundum quantitatem & numerum Regentium municipium. l. duumuir. C. de decurio. lib. 10.

6

ADDITIO.

a [Dolo.] Diximus suprà in capit. 1. additione prima.

b [Decurias.] De quibus diximus in dict. capit. primo. supra eodem additio. 1.

c [Ad Decurionatum.] Vt & per Rebuff. in. l. Pupillus. §. Decuriones. ff. de verbor. signifi. pag. 1057. & per Valentinum Forsterium in historia Iuris ciuilis Romani, pag. 11. sub Romulo Rege.

d [Roma.] Quod est generale nomen, & inde habuit ortum, quia olim Roma toti orbi dominabatur, & sic inquit Consultus in. l. Roma. ff. ad municip. quòd Roma communis patria nostra est.

7 Ex quo ibi inquit glos. quòd quilibet potest ibi conueniri †, nisi speciale prætendatur priuilegium, vel legationis, vel similis alterius causæ, id tamẽ optimè declarat Petrus Costalius in. l. in orbe Romano. ff. de statu homi. Si ibidem degunt ex causa voluntaria, secus si ex causa necessaria, nam tunc reuocandi domum ius habent, quod tamen Ab. in cap. fin. num. 45. de foro competen. inquit esse ex Principis beneficio, vt Romæ conuentus habeat ius reuocandi domum, dicendo, Domine non veni ad hoc paratus remittatis me ad domum, & deliberabo, & inde est opinio, quæ

habet,

habet vt teneatur satisdare de redeundo Romam ad suscipiendam litem, vt prosequitur ibidem Abb.nu.46. Iason tamen in.l. qui Romæ.in princip.num.12.fol. 151.ff. de verbor. obligat. inquit hæc vera esse tempore, quo Roma erat Imperij Romani, & sic Imperatoris, hodie verò secus, cum dominium Romæ sit Papæ, & ideo hodie de delicto alibi commisso, secũdum Ias.ibi, per laicum, Romæ cognosci non posset, eò quòd nullam circa hoc Roma iurisdictione habeat, sed Papæ subiecta sit, vt inquit Abb. d.num.45.ex cap. fundamẽto. de elect. in.6. & sic inquit Alberi. in.l.1.in fine.C.de vet.iure enuclean. Duplicem † esse Romam, 8
alteram nouam, alteram antiquam. In fundatione antiquæ vultures apparuerunt, in fundatione autem nouæ fœnix, vnde versus.

Roma, tibi fractæ non altera fabrica par est,
Integra qualis eras, dicere nemo potest.
Roma vetusta fui, sed nunc noua Roma vocabor,
Omine fœnicis, vulturis antè fui.
Hactenus immensis venerabar pressa ruinis.
Vstaque ruderibus culmen ad astra fero,

Romam autem nouã dicunt aliqui esse Constantinopolim, tex. & glo.in cap. Cõstantinopolitanę.22.distin.l.omni nouatione. C.de sacrosanct.eccles. De Roma autem veteri, quæ propriè Roma vocatur loquens tex.in cap.in Apibus.7.quæst.1.dicit, quòd quia duos simul Reges ab initio habere nõ potuit, fratricidio cõsecrata est, & in cap. per venerabilẽ.qui fil.sint legit.quòd Christus dixit ad Petrum, vado Romam iterum crucifigi, & in.c.quĩ tis.21.distin.& in.d. cap.fundamenta. quòd eam vno & eodem die proprio sanguine Petrus & Paulus cõsecrarunt, vt inquit & refert Ioan.Montolonius in suo Promptuario iuris, verb.Romanus.& Roma, in gloss.misit eos, & Prob⁹ in additio.ad Mona. in dict.capit.fundamenta.num.10.vbi num.8.& 9.alia de Roma dicit, & multa de Imperio Romano & de Imperatore refert Albericus in.l.1.col.5.in fine de summa Trinita.vbi inquit Imperium Romanum à violentia, non à iustitia processisse. Diuus tamen Hieronymus, vt habetur in. c. omnes deinceps, paulo ante finẽ. 28.q.1.inquit quòd Romani virtutibus promeruerunt Imperiũ.

[Supra in capit.5.istius libri dixit Author. e

[Patres.] Cũ sic vocandi essent, & à Iurisconsulto vocentur in f
l.qui conditioni.in fine.C.de his qui sponte mun.sub.libr.11. Vereor tamen nè non solum Patres vocari debeant, verũ neque vitrici, ex-

ctrici,excedunt enim in multis, & plerunque quæ sua sunt, non quæ ciuitatis quærunt.

g [Prisco Tarquino,] qui quidem Sénatus Maiestatem centum viris ampliauit: Centurias equitum duplicauit, Capitolium inchoauit, filium quòd tredecim annos natus hostem peremisset, prætexta & bulla decorauit. Indé prætexta & bulla ingenuorum puerorum prætexta esse cœperunt:habuitque is Priscus Tarquinius duo,quæ Imperaturis adesse debent,in bello vires, in cósilijs prudentiam, deinde clemétiam addebant, quibus sibi etiam hostium animos deuinxit, vt hæc & alia singularia, & quæ suo tempore contigerunt,refert Valentinus Forsterus, in dict.historia iuris ciuilis Romani,lib.1.pag.19.&.20.

h [Vel curæ.] Text.in.l.sed & milites.§.Veteranus.ff.de excus. tut.laté Benedictus in repet.cap.Rainutius.verb.adiectæ impuberi,num.70. de testam. & Alciat.in.l.plebs.ff.de verb. signific. vbi describit insignia Senatorij ordinis & equitum.

i [*De suguia*] Nisi legem hanc Partitarum haberemus id de dia demate approbátem glossas illas dictæ.l.vnicæ.in princ. verbo, Patres.C.de cadu.tollen.& in prooemio Codicis, secutas p Angel.in ea.l.vnica,reprobandæ essent,prout ibidem eas voluit reprobare Cynus,verumtamé apud nos propter illam.l.Partitarú, ita asserendum est illis téporibus vsitari,& qui Patricij tunc dicerentur,& an in consiliarijs Chancellariarú esset intelligenda declarat Oroscius in.l.2.nu.123.ff. de origi.iur. & melius in.l.fin. col.354.in medio,cum seq.ff.de senator.vbi optimé Budæus.

k [Tullus Hostilius.] Hic Tullus Hostilius fuit tertius Romanorum Rex,à Patribus creatus, & iussus anno mundi.3994.2.anno 27.olympiadis, circa q tempus Manasses ob impietatem, & idololatriam in Babylonem captiuus deductus est, anno ab vrbe cóndita,82.ante natum Christum.668.natus est in Medullia ab Albanis oppido condito. Albanos Principes in Patres elegit,& ordinem senatorum ex ijs suppleuit, prout hæc & alia de eo refert Valentinus in dict.historia ciuili.lib.1.pag.16.&.17.

l [Iunius Brutus.] Iunius hic Brutus fuit primus,qui consulatú Romæ gessit expulso Tarquinio supbo, & deleto omni prorsus Regio nomine ac libertate vindicata & recuperata, & hæc fuit prima mutatio Magistratuú in Repub.Romana.Brutus hic, qui non acrior vindex libertatis fuit,quàm deinde custos, Populum iureiurando adegit,neminem regnare passurú,né esset vnde periculum

riculum libertati foret, id summa ope tuẽdum esse, neque vllam rem, quæ eò pertineat, contemnẽdam. Deinde, quò plus virium in Senatu etiã frequentia ordinis faceret, cædibus Regis diminu tum patrum numerum primoribus equestris gradus lectis. ad tre cẽtorum summam expleuit, traditumque inde fertur, vt in Sena tum vocarentur, qui Patres, quique conscripti essent. Conscriptos videlicet nouum senatum, appellabant lectos, prout hæc & alia de eo latius refert Valẽtinus Forsterus in dict. historia ciuili. lib.1.pag.23.&.24.

[Fenestella.] Vel conscripti Patres teste Festo dicebantur, qui ex equestri ordine adscribebantur, vt numerus senatorum exple retur, Liuius lib.2.ab vrbe condita: quem exactis RegibusBrutus Consul, de quo supra, exhaustum bonis viris intuẽns: primores equestris ordinis adscribi in senatores operam dedit, illosque cõ scriptos Patres appellauit, vt scribit Pomponius Lætus, in tract. de Magist. Roman.c.1.& Doct. in.l.2.ff.de origi. iur. refert Rebuff.in dict.l.pupillus.§. Decuriones.pag.1058.verbo, conscripti, vel dicunt, inquit Lancelotus Cõradus, in templo omnium iudi.lib.1.cap.7.de Præside, & senatoribus, ex Fenestella de Ma gistrat.Roma.cap.1.triplicis ordinis Senatores reperiri, quorum alij Patricij, alij Pedarij, nonulli conscripti appellarentur, quorũ omnium Fenestella ibidem rationem designat. m

[Quid eligam nescio.] Ego tamen ex omnibus antè dictis, tam per Authorem, quam ex meis additionibus colligo, ciuitatum Rectores non in consiliariorum locum, neque Senatorum, aut consilium, Patrum conscriptorum, aut Patritiorum successisse assero indubitanter, sed tãtum in Decuriorum locum, vt in hoc lib.1.in meis additionibus dictum romanet: & de Patribus conscriptis meminit Cõsultus in.l.humanum. C.de legibus, ex qua quidem colligitur loco horum Patrum cõscriptorum Præsidem ac Senatores supremi Regij Senatus successisse, quibuscum Rex communicat legum ac pragmaticarum constitutiones, & ita voluit Francis. Hotomanus de verbis iuris in fine, sub tit. de sena tu.c.1.col.3.&.5. Et de populi Romani magistratibus, & tribunis, & consulibus videnda est, l.2.§.quod ad Magistratus, iunctis ver siculis, ijsdem tẽporibus. & versic. deinde cum post. ff. de origi. iur.& Morales in sua chronica generali Hispaniæ, fol.1.cum seq. & Hotoman.vbi supra. n

CAPVT

CAPVT DVODECIMVM,

Quæ qualitas requiritur in Decurione.

SVMMARIVM.

Vniuersitatibus nihil nociuius quam quòd indigni & malæ conditionis homines & iuuenes regant.num.1.

Infames de iure, vel de facto non assumendos in Decuriones.num.2.

Decuriones non debent esse plebeij.num.3.

Decurio in Hispania debet esse.18.annorum.nu.4.cum additione.

Minor si ex rescripto Principis intret curiam non habet vocem in capitulo,num.5.

Minor non dat vocem per tutorem, vel curatorem.num.6.

Decurioni deficienti qualitatem; si non opponatur ei & recipiatur, secus postea erit. nu.7.& nu.26.declaratur.

Qualitates in decurionibus requisitæ.num.8.

Filius falsi testis per Inquisitores combusti an potest esse decurio. num.9.

Decurio ante nominationem in talem debet qualitates habere num.10.

Decuriones malos aliquando exituros.num.11.

Nobilitas & honor nihil prosunt cum incontinentia vitæ.num.12.

Nobilitas virtute acquisita an præferatur illi, quæ est à genere. num.13.

Faciens aliquid ex præcepto an mereatur plusquam ille, qui ex mera voluntate faceret.nu.14.

Nobili virtute carenti præfertur virtuosus.num.15.

Nobilitas propter infamiam & vitæ turpitudinem amittitur. num.16.

Infames de iure vel de facto, qui num.17.

Mutus,& surdus furioso æquiparatur.num.18.

Reuersus à legatione sine Principis permissu non admittitur in ordinem Decurionum.n.19.

Plebeij qui dicantur.num.20.& quomodo ab antiquo sunt à nobilibus distincti ibidem.& nu.22. iterum & in quibus.

Nobiles magis quam ignobiles ad Decurionatum vel Magistratum esse assumendos.num.21.

Iudæus & per Inquisitores damnatus an possint esse Decuriones.nu.23.

Dispensatio vt quis votet quando valeat.num.24.

Tutor an capiat decimam ex iure præsentandi.num.25.& ibi an pupillus vel tutor præsentet.

Toleran

Tolerantia & dissimulatio Principis an dispensationem inducat; numero.16.

DE qualitate istorum Decurionum est videndum de qua sa
tis erat prouisum per Regni leges, & per leges factas in
Curijs[a], vbi ego Procurator Granatæ satis clamaui, quia
vniuersitatibus nihil est, quòd magis officiat, quã quòd indigni,
& malæ cõditionis homines, & iuuenes, & malorũ morum assu-
mantur ad regimen † Reipub.[b] Et quòd est deterius hæc officia 1 b
ita sunt venalia, quòd si huic morbo non resistatur, aliquãdo con
tinget in foro, & subhastatione distrahi[c]. Debet itaque Decurio c
esse bonorum morũ & vitæ honestæ.l. generaliter.§. spurios.ff.
de ducurionib.[d] debet esse integer fama; quia infamis de iure, d
vel de facto talem honorẽ † non potest adipisci.l.infamia. C.de 2
decurio.lib. 10.[e] nec debet esse surd⁹ & mutus.l.honores.ff.eod. e
titulo.[f] nec relegatus.l.in Patres.ff. eod.titulo.[g] neque cõducto f g
res gabellarum.l.Decurio.ff.eod. titulo.[h] nõ debet esse plebeij, h
† sed nobiles[i], ex.l.honores.ff.eod.titulo.licet tex. faciat in con 3 i
trarium.l.falsi.§.fin.ff.de falsis.[k] Azo in summa istius tituli distin k
guit, quòd plebeius Decurio nõ habet dignitatem officij, sed ha
bet onera & munera illius officij. Sed quia in Hispania cõsuetu-
do est in cõtrarium, satis erit, quod sit nobilis moribus & vita ho
nesta, vt in summula dicit Bald.in.l.ex Diui Pij. C. locati[l], & ta- l
lis, ex quo Consiliũ non amittat honorẽ & authoritatem. Et ma
ximè hoc est inspiciendũ in magna & splendida ciuitate, vbi alij
consiliarij sunt illustres & nobiles: quòd si talis impetret hũc ho
norem consilium poterit supplicare ex iustis & honestis causis,
quòd Princeps patienter sustinebit.capit. si quando.de rescript.
debet etiam attingere ætatem vigintiquinq; annorum.l.ad Rem
publicam.ff.eod.titul. nisi in subsidiũ[m] quando alij nõ reperiun- m
tur[n], vt in paruis oppidis, vel municipijs, & hoc Romę obseruaba n
tur, nam ante annos vigintiquinque in curiam ingredi non lice
bat, refert Volaterranus.d.libr. 29. fol. 325. vsurpatum est in Hi-
spania, quòd si Decimũ octauum † attigerint[o], possunt Decurio 4
nes fieri, ante hanc ætatem non admittuntur nisi ex rescripto o
Principis, & tunc non ad vocem, vel suffragium dandum, sed ad
intereffendum[p], & tunc recipient sportulas, idest, salariũ consti p
tutũ.l.spurij.§.1. ff.eod.titu. Et nota quòd si ex rescripto Princi-
pis minor potest intrare Curiã non habet vocẽ in cõcilio †; nec 5

in ele-

in electionibus, Barto. in. l. de pupillo. in princ. ff. de noui ope.
nun. nec etiam minor dat vocem per tutorem, vel curatorem in
6 actibus vniuersitatum †, secus si agatur de re familiari, quia tunc
q dabit vocem per tutorem q, ita Bald. & Ias. in. l. maiorem. ff. de
r pactis. Aliæ etiam qualitates requirũtur r, & aliæ etiam repellũt
ſ Decurionem iam creatum ſ, de quibus latè per Azonem, in summa de Decurio. Sed ad vnum aduerte, quòd si Decurio recipia-
7 tur in quo qualitas aliqua ei resistit, si nõ opponatur † secus erit postea, quia amplius non remouetur, quia turpius eijcitur quàm non admittitur hospes, ita notabiliter Lucas de Penna in Rubr. de Decurio. lib. 10.

ADDITIO.

[In curijs, quæ trãscriptæ sunt in. l. 1. & 2. tit. 3. lib. 7. Recop. Ex quibus legibus decerpitur primò, quòd nominãdus Decurio
8 debet esse †, primo naturalis Regni, vt apparet ex illa. l. 2. & ex dictis per me in. l. 14. tit. 3. lib. 1. Recop. vbi in fine alia quamplura posui exteris Regni prohibita, & hoc si habiles & idonei in Regno haberi possunt, aliter enim exteris prouidebũtur. ex. l. 1. tit. 4. lib. 7. Recop. quæ sic debet intelligi, nè sit cõtraria dict. l. 2. existente tamen idoneo in Regno, illi præstandus est Decurionatus, & alia officia iustitiæ danda, tum nè Regni arcana exterus inimicis pandat, tum etiam ob amorem, quem ad Regnum naturalis eius habebit, tum itidem melius naturalis sciet & percipiet Regno conuenientia, prout in prouisione beneficiorum latè diximus in. d. l. 14. & idem Franciæ statutum esse asserit Rebuff. in 2. tomo, constit. Franciæ, tit. de literis naturalitatis. glo. 2. per totam. vbi & inquit, qui sint in hoc casu exteri, de quo dixi aliqua in. l. 19. tit. 3. lib. 1. Recop. Secundo deducitur ex. d. l. 1. tit. 3. lib. 7. Recopil. quòd talis nominandus Decurio debet esse ciuis, vicinusq; & habitator populi aut ciuitatis vbi creatur Decurio, propter amorẽ Patriæ & propter alias rationes suprà assignatas, ijs enim naturalibus potiùs quàm alijs sunt dicta officia concedenda secundum Auend. cap. 19. Prætor. nu. 17. lib. 1. & idem erit si per decennium ibidem habitatores fuerint, secũdum tex. in. l. 5. tit. 2. lib. 7. Recop. vel ex alijs causis, ex quibus naturalitas acquiritur relatis per text. in. l. 2. tit. 24. part. 4. & refert Auend. vbi supra. Putà per matrimonium, vel quando originarij sunt, & veniunt ibidem morari, vt inquit. d. l. 1. titu. 3. lib. 7. Recopil. Putà quia aui sui, vel parentes ibidem vicini, & naturales fuerũt, licet

ipsi filij,

ipsi filij non contraxerint ibidem vicinitatem, eo quòd alibi mo rabantur, veniunt tamen nunc ibidem morari, tūc enim propter aui vel parentis originem naturalitatem retinuerūt, ex dictis per nos in d.l.19.titul.3.libr.1.Recopilat. Ideo nimirum si venientes ibidem morari, vel habitare possint in Decuriones eligi, licet vsq; tunc ibidem non habitauerint, neque vicinitatem contraxerint. Itidem debet esse bonis imbutus moribus, pacificus, boni intellectus, non surdus, nec mutus, & ætatis.18.annorum, vt in progressu istiusmet Capituli author noster demonstrabit. Item non debet esse nouiter conuersus, licet si descendat ex eis poterit eligi, vt infra glossis sequent. dicemus. Neque debet esse infamis, aut per Inquisitores hæresum ipse, neque pater eius. vel mater castigati, & puniti; secundum text. & eius dispositionem in.l.3.& 4.tit.3.lib.8.Recopil. & probatur ex.c.2.§.hæretici. & ca.statutum.2.de hęreti.in.6.l.quisquis.C.ad.l.Iul.maie.Pinciana instructio.c.11.anni 1488 Simancas de insti.cathol.c.29.quæ refert Rojas de hæreti.2.parte, assertione 42. vbi dicta iura intelligit, in hæreticis semel lapsis, & non incorporatis vnitati Ecclesiæ, vel in relapsis, qui etiam si correcti & pœnitentes sint, eorum filij & nepotes iuris prohibitionibus sunt obnoxij, secūdum gloss. verbo, Incorporatos. in dict.c. statutum.2.eò quòd relapsi non incorporantur vnitati Ecclesiæ, sed sine audientia Curiæ seculari traduntur etiam si sint emendati.capit. ad abolendam. §. illos quoq;.de hæreti.c. super eo.eod.tit.in.6.quamuis eis, vt ibi dicitur, Sacramenta pœnitentiæ, & Eucharistiæ concedantur: vtrūque tamen in.d.c.statutū.2.requiritur, videlicet, quòd sint emendati & reincorporati, & sic in relapsis tenet Rojas vbi supra, dictam opinionem cum Ioan.Andr.& alijs per eum relatis, contra Domi. & alios ibidem relatos aliud tenentes, & sic intelliges illam.l.3.tit.3.lib.8.Recopil. quæ in igne etiam combustis loquitur, & cum generalis sua sit dispositio nimirum si ex dictis declaranda sit, & intelligēda prout expressè intellexit idem Rojas vbi supra in singularibus in fidei fauorem singulari. 66. Sed an idem sit in filijs falsi testis † per Inquisitores dictos combusti, vide Simancas vbi supra, titu.64.de testib.num.96. Et an receptus in ciuem si naturalis loci non est, poterit ibidem Decurio creari, dic quòd non, ex dictis per Pelaez de maiorat.1.parte, quæstione.51.num.8. Et notandum est, quòd dictas qualitates debet Decurio habere antequàm nominetur † in tale ex Bart.in.l.impuberem.ff.de falsis. 10

9

& Suarez allegat.12.fol.147.pag.2.in medio in antiquis, & Auē da cap.12.Prætoram.num.13.verf.octauum eſt.lib.2.neque ſuf ficeret ſi lite pendente ſuperuenirent qualitates, ſecundum Bar tol.in.l.excuſantur.in princip.ff.de excuſat.tuto.& ex dictis per me in l.4.titul.1.lib.2.Recopil.num.2.notandum eſt etiā quòd ille, qui reaſſumpſit tonſuram, non poteſt ad Decurionatū aſpi rare, ex.l.3.titul.4.libr.1.Recopil.vbi diximus aliqua. Item ille, qui eſt publicus concubinarius, qui quidem neque in electioni bus præſtabit votum, ſecundū Auenda.c.26. Prætor.n.18.vol.2. Sed ſi hoc vltimū obſeruaretur, pauci eſſent, qui in Decuriones eligerentur, & paucisſimi, qui in electionibus vota præſtarent, quod Deus omnipotens medeatur prout poteſt.

b [Reipub.] Idque nōſtris temporibus propter peccata & ſcelera noſtra ad oculos vidimus aliquando fieri & prouideri. Et væ po pulo aut ciuitati vbi Rectores ſunt pueri. Et memini me legiſſe in libro antiquo Hiſpano ſermone conſcripto compoſitoq; per fratrem Fray Franciſco Ximenez de la orden de los menores, quem credo fuiſſe illum eximium virum, qui debellauit Oran dum eſſet Cardinalis & Archiepiſcopus Toletanus, hic enim in

11 tratado vocato, de la naturaleza angelical, tratado.4.cap.49, in quit, quod ventura erant tempora † vbi in concilijs & congregatio nibus ciuitatum & populorum Rectores erūt pueri & iuuenes, & de infimis & malè morigeratis hominibus, & velit Deus nē nunc aduenerint tempora illa, inibi tamē inquit Author ille per paruum tempus ex Dei miſericordia hæc duratura, eò quòd re formatione meliorabuntur, & faciunt ea quæ dixit ipſemet Au thor, en el ſegundo tratado.cap.7.& in tertio tratado.cap.58.tra ditur, quare permittit Deus malos Rectores.

c [Diſtrahi.] Quod quàm euitādum eſſet, nemo eſt, qui ignora re poſsit, & experiētia rerum Magiſtra declarat, & declarabit in poſterum, ſi non medeatur, quot mala & quanta prouenerint ex ſimilibus venditionibus horum officiorum, eſſentque interdi cendæ expresſè ſimilium officiorum & aliorum publicorum em ptiones, & venditiones, multa enim quantum liceat fieri, non ta men decet, neque conuenit Reip.& ſic ſpero aliquando meden dum hoc.

d [Honeſtæ.] Nihil enim prodeſt honor aut nobilitas cum incō
12 tinentia vitæ † & bonorum morum corruptione, imò potius in opprobriū adducitur, prout latisſimè & optimè diſcutit ſuo mo re, Tira-

re, Tiraquel. de nobilitate. c. 22. per totum, quem referre sufficeret, tractat tamen elegãter Osorius de nobilitate ciuili lib. 2. fol. 184. in paruis: versic. sexto. cum sequent. & Dominus Franciscus Sarmiento in suis Selectis, lib. 1. c. fin. nu. 61. & lib. 7. p. 16. nobilitasque nuda virtutibus inutilis est, vt & per Osorium. d. lib. 2. fol. 184. in fine. cum seq. Tunc enim nobilitas esse in honore cœpit, cum primò parentum meritis, deinde magna virtutis expectatio nie consecuta est, vt inquit ipse met Osorius vbi supra, libr. 1. fol. 159. pag. 2. in paruis, cum seq. vbi singulariter loquitur. Ita vt sit in contentionem deductum, num ille, qui ex se proprio propter eius merita & virtutes nobilitatem acquisiuit, sit præferẽdus illi, qui ex antiquis parentibus illã retinet †, inquit enim glo. in cap. 13
nunquam. 56. dist. quòd ille, qui natus est ex parentibus prorsus alienis à virtute, dum tamen ipse sit bonus, melior est, quàm ille, qui natus est de bonis parentibus, licet etiam sit bonus, quam gl. sequitur Barbat. in réper. c. grandi. col. 8. de sup. neg. præla. & Abbas in c. pen. nu. 4. de prębend. refert Tiraquel. de nobilit. cap. 5. nu. 6. & latè Matienço in dialogo relat. 3. parte. c. 4. nu. 1. cum sequen. & Osorius in. d. lib. 2. fol. 181. versic. septimo posteaquam. cum seq. quòd tamẽ verum est respectu maioris laudis, secus vero est respectu maioris meriti, & prærogatiuæ, secundum Bal. in l. aduocati. & in. l. nemini. C. de aduoc. diu. iudi. & Abb. & Tiraq. vbi supra. & sic inquiunt glo. in Clém. 1. verb. seipsum. de reliq. & vene. sanct. & glo. in. c. licet. de voto, ꝙ respectu meriti plus meretur, qui aliquid facit ex præcepto †, quàm ex volũtate, secus respectu laudis, quibus adde Frãcum in. c. accusatus. §. fin. de hære. in. 6. & Abb. col. 2. in. c. magnæ. de voto; & eundem Abb. in. c. cum quidem. de iure pat. & per consequens est præferendus, qui sua virtute, & parentum imaginibus pollet, ei, qui altero tantum nititur, secundum Cyn. & alios relatos per Tiraquel. dict. c. 5. de nobilitate. num. 7. & Matienço, vbi suprà num. 11. vbi sic dicit de clarandam. lib. 8. titul. 9. part. 2. Nobili tamen carenti virtutibus præfertur ille, qui virtutibus præditus † est, ex tex. in. c. nos qui. 40. dist. & cap. illud. ea. dist. vbi notat Cardin. Alexan. & alij relati per Tiraquel. dict. cap. 5. num. 16. & 17. vbi à num. 1 quam plura pro hac parte adducit, & fundat quomodo nobilitas sine virtute inanis res est. Imo & propter infamiam & vitæ turpitudiné nobilitas † amittitur, vt per Tiraquel. vbi suprà. cap. 24. 16
[Lib. 10.] Infamibus enim portæ dignitatum nõ patent, ex cap. c

infamibus, de regul. iur. in 6. l. 2. C. de dignit. lib. 12. & ideò infames non possunt esse Aduocati: neque Iudęi, quia eis nulla ad honores via patet, vt l. fin. C. de Iudæis, not. Tiraquel. vbi suprà c.
17 29. nu. 13. Et qui dicantur infames de iure † vel de facto, vide text. in l. 2. 3. & 4. tit. 6. par. 7. & text. in l. 7. eod. tit. & parti. & Iaf. in. 2. lect. l. cũctos populos. n. 43. & 44. C. de sum. Trini. & infamia iuris est maior quàm facti, secundũ glo. infamia in §. porrò. 3. q. 7. allegatã ad hoc per Tiraquel. vbi suprà. c. 37. nu. 70. vbi inquit adesse gradus infamiæ, sicut nobilitatis & honoris.
18 f [ff. eod. tit.] Mutus enim & surdus † furioso æquiparari solent. l. post susceptum, vbi Bal. ff. de excus. tut. l. cum pretor. §. fi. ff. de iudic. l. discretis, vbi Doct. C. qui test. fac. pos. ex quo inquit Bart. in l. ex facto. num. 28. ff. de vulga. ꝙ sicut furioso & mentecapto substitutio exemplaris fit, & ita muto & surdo fieri potest, cuius opinionem dixit communem Alex. ibidem. nu. 41. & Deci. in l. humanitatis, num. 6. C. de impub. & alijs, relati per Molinam, de primoge. lib. 1. c. 13. nu. 56. & 57. vbi à nu. 40. cum pluribus sequẽ. prosequitur an mutus & surdus succedant in maioratu & feudo: quod si circa hęc dubitationi locus datur, multo fortius circa populi gubernationem muto huic & surdo cõmittendam. Et nota ꝙ debet esse mutus & surdus copulatiuè, vt requiritur in dict. l. honores, hic enim à fatuis & Brutis nõ multum differt, vt inquit Viglius, §. quinimo inst. de mil. test.
g [L. in patres. ff. eod. ti.] alias est. l. Imperatores, vbi & in relegato ad tẽpus loquitur, ita vt reuersus à Relegatione nõ posit sine
19 Principis permissu ordinẽ ingredi. † Decurionum, quod tamen vsque nunc nondum vidi dubitatum: Si tamen Relegatio est perpetua, eò quòd est pœna infamiæ, secundũ Aueda. cap. 16. Præt. nu. 17. in fine, lib. 2. nimirum si priuet à Decurionatu. Et qui sint Relegati ex tit. de inter. & rel. decerpes, & ex. l. 10. titul. 31. parti. 7. & ex l. 1. tit. 24. lib. 8. Recopil.
h [L. Decurio. ff. eod.] cõductioq; gabellarũ & Regiorũ reddituũ, vel propriorum ciuitatũ, aut locorum vbi Decuriones sunt interdicta est eis omnino, imò & fideiussores esse in talibus cõductionibus prohibetur, ex tex. in l. 3. tit. 5. lib. 7. Recopi. & l. 4. & 9. tit. 10. lib. 9. Recop. eiusdẽ, & notat Auenda. c. 12. Præ. num. 12. versi. octauũ est, lib. 2. neq; possũt esse Repatarij, vt ꝓbatur in l. 20. tit. 3. lib. 7. Recop. & dixi in l. 25. tit. 7. lib. 3. eiusdẽ Recop. non tñ eis est interdictũ Emphyteotas esse, secũdũ Tiraq. de nobi. c. 37. n. 81.

[Plebeij

[Plebeij,sed nobiles,] Dic Plebeios,vt quia Mercatores,quos i
Plebeios † vocat Iurecõsultus in.l.nobiliores.C.de commer.& 20
mercat.vel quia artẽ mechanicã exerceant, de quibus per Tiraquel.vbi suprà, c.34. nobiles vero dic qui à sanguine,literis,vel militia nobilitatẽ adquisierũt,ijs enim modis adquiritur, vt licet videre ex Tiraquel.de nobilitate,& Plebeij à nobilib⁹ ab antiquissimis tẽporibus fuerũt distincti, Romulus enim sic eos distinxit, vt licet videre ex historia iuris ciuil. Romani Valentini Forsterij in pag.11.& ex Don Fran. Sarmiẽto.lib.7.select.sent.c.7. Et q̃ Plebeij Decurionatũ assequi nõ possunt,vltra tex.hic allegatum notat alijs probãs & alia inferẽs Tiraq.vbi suprà.c.20.nu.2.&.3. & sic optimo iure author hic, Decuriones nobiles esse debere, ait. Ad honores enim Magistratus & dignitates ciuitatũ nobiles assumẽdi magis sunt † quã ignobiles,suntq; cæteris paribus præferẽdi,tex.in.p.§.1.in prin.verbo,Viri obscuri,& iterũ in vers.interim,& in verbo vniuersi nobiliores,rursumq; in.§.fi.ibi vnũquẽq; nobiliũ,in auth.de defens.ciuit.vbi gl.super verbo nobiliores notat,nobiliores debere eligi,inibiq; Ange.id notat aduersus statuta Tusciæ dispon...ia,vt nobiles Decurionũ munera nõ adipiscãtur,vt sint strictè interpretãda tãquàm contraria iuri cõi & rationi, prout in terminis refert alia plura iura allegãdo Tiraq. vbi suprà.c.20.n.1.cũ seq.à quo desumpsit Matienço meo videri, in dialogo relatoris.3.p.c.3.nu.3.& Tiraq.vbi suprà.nu.3.id probat testimonio diuinarũ literarũ,nã Deut.c.1.ita scribitur: Tuli de tribus vestris viros sapiẽtes,& nobiles,& cõstitui eos Principes, tribunos & cẽturiones. Et Eccles.10. Beata terra cuius Rex nobilis est,aut vt alij vertunt,filius nobiliũ:& Machabæo.1.c.3.scribitur Antiochũ Regẽ suis negotijs præfecisse Lysiã hominem nobilem,& ex genere Regio,idq; suo more pluribus cõfirmat medijs Tiraq.d.c.20.nu.1.cum seq.vbi nu.20.rationem annectit, ex glos.in.c.illud 40.dist in. ex eo quod pro nobilibus semper alias præsumitur,neq; præsumitur nobiles prodere Principem, neq; percõsequens Patriam,& ibi plura Tiraquel.refert, & nu.21.rationẽ huius rationis assignat,& nu.22.q̃ maiorum nobilitas posteros ad virtutes suo exemplo excitat, item plebeij nobiles timent,nobiles autem non respiciunt personas,sed rectum & iustum iudicium, vt per Afflict.in Constit.Sicil. Rubric.38.lib.3. Constit.& Matienço vbi suprà nu.4.Item nobilibus concilium 22
illustratur,plebeijs autẽ obscuratur,& ideò iusta ratione assere-

bat Azo relatus per Autorem hic nu. 5. quòd plebeius Decurio non habet dignitatẽ officij, sed habet munera, & onera illius officij, idq; pluribus alijs rationibus fundat Doctor Heredia, in suo *despacho de juezes* fol. 21. cum sequent. aliquibus in paruis; & sic in pluribus locis Sacræ scripturæ & in historijs, & exemplis Romanorum nobilitatem consideratam esse, & commendatam refert Tiraquel. vbi supra c. 21. per totum, & cap. 20. nu. 4. cum seq. aliquibus, à quo eo tacito omnia hæc & alia desumpsit Doctor Heredia vbi supra fol. 23. cum seq. Idque adeò verum est, quòd ab
22 ipso mundi principio † discrimen nobilitatis & ignobilitatis est constitutum, aut certè paulo post, nempe ab Abel & Cain, vt refert Tiraquel. vbi supra c. 37. nu. 157. sunt non nulli, cum sequen pag. 562. & sic vt ibi per eum num. 160. in habitu & vestitu etiam antiquitus distinguebantur nobiles ab ignobilibus, & itidem in pœnarum impositione, nobiles enim non tã grauiter quàm ignobiles puniuntur, vt per eundem Tiraquel. ibi c. 20. n. 104. imò & in forma exequendi pœnas distinguuntur, nobiles nanque non suspendũtur laqueo, ignobiles verò sic, vt ibidem Tiraquel. d. c. 37. nu. 153. & text. in l. 24. titul. 21. parti. 2. Sic & nobiles non incarcerantur pro debitis vt l. 4. tit. 2. libr. 6. Recopil, vbi Doct. neque torquẽtur, vt ibi, ignobiles verò sic. Et adeò nobilitas semper cõmendata fuit, vt & in sessionibus salutationibus & alijs id genus præferantur nobiles, vt per Tyraquel. d. capit. 20. n. 51. cum seq. & per text. optimum in l. 23. titu. 21. part. 2. & cum in multis præferãtur nobiles, merito quòd & in assecutione Decurionatꝰ sint præferendi, & ad id per Reges plurimum esse attendendũ, prout per Inuictissimum Regem nostrum disponitur & respõdetur attendendum fore, in Curijs de Cordoua, anni. 1570. petitione. 75. dum ibi supplicatum extat Regi, vt dignaretur deinceps officia Decurionatus nobilibus præbere, & nõ alijs, sed proh dolor, forsan, quia virtutes & merita in nobilibus deficiunt; & non sufficit nobilitas, nisi & virtus detur, hac tamen data virtute, vel saltim non constito de contrario, nobiles essent ad hæc Decurionatus officia, & ad alia præficiendi, vt & traditur per Auend. ca. 19. Prætorum. num. 17. lib. primo. & desumitur etiã ex l. rescripto. §. fina. ff. de muner. & honor.

k Eff. de Falsis. Nam, vt inquit Summus Pontif. in cap. cam te. de
23 rescript. pro eo verò, quòd Iudæus sit † ipsum dedignare non debes, vbi Felin. & Ripa, plura cumulant, & bonus est etiam tex. in

extra-

extrauag. dignum arbitrantes, Ioan. 22. de Iudæis, vel inter com-
munes, & illud Paul. ad Roma. cap. 10. & tex. & gloss. in cap. pen.
de præbend. & ibi Abb. & alij, & Decius in cap. cum adeo, de re-
script. Rochus in ca. fin. de consuet. charta. 20, alia allegantes, &
sic inquit Rodericus çamorensis in speculo vitæ humanæ, lib. 1.
capit. 8. relatus per Matienço, in dialogo relatoris. 3. parte, cap. 3.
in princip. quòd de terrenæ carnis disputare claritate, nihil aliud
est quàm de stercoris aut luti claritate certare, nã vt inquit gloss.
in cap. quoniam vetus. 24. quæst. 1. Piscatori Petro, Fabri filio suc
cessorem quærimus, non Augusto, quem commend. Præposit. in
capit. constitutis. 2. de appellationibus, & ibi Abb. & alij, & Ripa
cap. ad aures. n. 17. de rescript. Selua de beneficio, 3. parte, quæst.
7. Tiraquel. de nobilit. cap. 20. nu. 16. & nu. 17. & 18. alia dicit. Et
sic inquit Phalaris primus Agrigentinorũ tyrannus ille quidem
sed doctus, Axiocho interroganti, quid de nobilitate sentiret, re-
spondit, gloriari de nobilitate vt de alio quouis bono, non inde-
cens est. Ego autem vnam nobilitatem, virtutẽ noui, cætera for-
tunam: nã humili genere natus, vt bonus, ita Regum & omnium
hominum nobilissimus fieri potest. Contra verò, aliquis parẽti-
bus bonis ortus, malus euadere potest, ac tum seipso, tum vilissi-
mis quibusq; ignominiosior. Sic & Matiẽço vbi supra, plura no-
bilium vitia cõmemorat. Quã de causa & habemus ab antiquo,
& nostris temporibus notum est, plures infimi generis homines
ad regna, principatus & dignitates ascendisse, vt licet videre ex
Tiraquello, vbi supra capit. 4. numero sexto: cum sequentibus plu-
ribus, à quo eo tacito desumptũ meo videri Doctor Heredia in
dicto tractado, *dechado de juezes*, folio, 52. cum sequẽtib. aliquibus,
& idem Tiraquellus vbi supra, capit. 32. num. 6. cum sequentibus
pluribus, refert plures adtinisse Reges & Principes, qui manu pro
pria terram coluerunt. Et in nostro Regno, quot domus ex in-
fimis sunt excelsa principijs, & alibi vbiq;, quid enim (vt inquit
Plutarchus relatus à Tiraquel. dict. capit. quarto: num. 3.) aliud
nobilitatem existimamus, quam antiquas diuitias, vel antiquam
gloriam? quarum rerum neutra in nostra potestate est. Siqui-
dem altera in fortunæ arbitrio sita est, altera ex intemperãtia hu-
mana proficiscitur, & in aliquibus excitatur, & in alijs vix tue-
tur, & in alijs labitur, vt optimè per Osorium, de nobilitate ciuili,
lib. secundo. in princip. qui ibidem fol. 181. versic. septimo postea
quàm cum sequentib. examinat quæstionem, quis præferatur cõ

 secutus

fecutus à feipfo gloriam an qui à maioribus retinet, & dixi nus fu pra isto capite. Item & ex Regijs legibus, illi tantum prohibiti funt officia hæc & alia publica habere, qui per Inquifitores hæresum funt puniti, & eorum concrematorum filij & nepotes vsque ad fecundam generationem per lineam mafculinam & primam per fœmininam vt in propofitũ inquit Auenda. cap. 19. Prætorum num. 10. libr. 1. & qualiter hoc intelligatur, vide Rojas in tracta. de hæreticis. fecunda parte, affertione. 42. & dixi fupra eo dem. nu. octauo. & fic inquit textus in. l. tertia. §. fina. ff. de decurionib. Iudæos poffe effe Decuriones, & fic ceffare hodie text. in capitul. conftituit. decimafeptima, quæftione quarta. cum gloff. ibi probãtem, quòd neque illi, qui ex Iudæis funt, poffunt officia publica exercere, vt tenet Bartolus in l. omnes. C. de decurionib. lib. 10. & Romanus fingular. 107. relati per Tiraquellum de ceffante caufa, limitatione. 12. num. 11. vbi num. decimotertio. annectit, rationem fcilicet, ne adhuc reftent reliquiæ Iudaifmi, & Couarruuias in Clementina, Si furiofus. prima parte. §. fecundo. numero. 6. & Rojas in fpecialibus fauore fidei fingulari. 104. & Cordoua in quæftionario. quæftione. 54. pagina. 432. & in promouendis ad Epifcopatum difponit. l. 23. titul. 5. par. 1. veruntamen ex eadem ibidem, & ex Tiraquel. in dicto num. 13. & ex Couarruuias vbi fupra. 4. 5. & 6. conclufionibus. concordari hæc poffunt, vt neque hodie ceffent fcilicet, quòd lex illa. 3. §. fin. ff. de decurionib. procedat, non in Iudæis Iudaicè viuẽtibus, fed in effectis iam Chriftianis, & ijs ita demum officia publica conferantur, dum tamen non fint ipfi nuper ex Iudaica lege, aut Mahometica conuerfi, in quibus nuper conuerfis dictum cap. conftituit intelligi poteft, fed fint tales, quòd pofteri eorum ab antiquo legem Chrifti fumpferunt, & à primis cunabulis omnes eius defcendentes funt baptizati, itaque vt inquit Tiraquel. dict. num. 13. & voluit Auend. dicto num. 20. diutiſsimè probati funt, ij enim ad dicta poffunt affumi officia, vt infra paulò poft dicemus. Et fic ceffant omnes contradictiones, & hunc intellectum ad dict. capit. conftituit, afsignat ibi gloff. & Doctor Heredia, vbi fupra fol. 58. & placet mihi, & fol. 56. cum fequentib. alium ibi afsignauit intellectum, verum experientia compertum habemus primum intellectum effe verum, & ex dictis authoribus comprobatum.

[C. loca.] Hinc colligitur omnium concordia, fcilicet, ignobiles vir-

les virtute tamen & bonis moribus præditos non esse excludendos ab ijs officijs, sed admittendos potius, vt expressè probatur in.l.decimaseptima.col.1.tit.3.libr.7. Recopilationis. Virtute enim nobilitas acquiritur, vt per Tiraquellum de nobilitate, cap. 4.num.1.cum sequentibus vbi num.16.inquit, habentem virtutes præferri nobili eis carenti, cæteris tamen paribus omnino nobilem præferendum, vt per Tiraquellum ibi capit. 20. nume. 17. imo & si tanta virtus non reperiretur in nobili sicut in ignobili, præferretur nobilis si aliàs virtute nõ careat, & sic licet ex Iudæis descendentes ad hæc officia non excludantur, dum tamen aliàs idonei sint & non ex prohibitis à lege, tamen vbi reperiũtur nobiles benemeriti, prout reperiri possunt, isti à Regibus & Principibus sunt nominandi, vt in effectu resoluit Heredia, vbi supra fol.58.allegans ad hoc Auend.in dict.cap.19.nu.14.versic.cęteri libr.1.Prætorum, quæ omnia notanda quia sic nõ reperies.

[In subsidium.] Vt probatur in.l.non tantum.§.1.ff.de decurio. nisi sit impubes, vt per Suarez, allegatio.12.in princ.

[Non reperiuntur.] Vt inquit gloss.in.l.ad rempubl. ff. de decurio.& notat Gomecius in regul.cancella.de trien.poss.quæst.28. in.16.casu negligentiæ. n

[Attigerint.] Aliàs compleuerint, vt in.l.decima sexta. titulo tertio. libro septimo Recopilationis probatur & disponitur, in casu tamen.l.17.versicul.Pero si dentro.tit.3.libr.7. Recopilationis.viginti requiruntur anni, & vide Suarez, allegatione.12.in principio. Ad vtendum tamen.20. requiruntur ex.l.17.eodem titulo.3.libro.7.in columna penultima, in principio.ibi, *vse del y lo tenga.* o

[Interessendum.] Et sic vidi iam in facti contingentia factum cum quodam Rectore, & quando valeat dispensatio † super voto præstando, vide Suarez dict.allegatione.12.& Auend.cap.19. Prætorum.num.16.in princip.libr.1.& an censeatur dispensatũ cum minore, cui datur officium, vide per Franciscum Marcum in decisione Dalphin.263. p 24

[Per tutorem.] In iure tamen Patronatus & præsentatione clericorum ad capellanias, quanuis non sint de actibus vniuersitatum, sed de re familiari videatur, procliuior sum in ea sentẽtia, vt tutor vel curator Pupilli nõ possit capere Decimã ex tali iure præsentãdi †, itaque si ad decem Capellanias habet pupillus præsentare decem Capellanos, nõ habeat tutor aut curator ius præ q 25



sentandi Capellanum, ad decimam Capellaniam, cum Cassanęo & alijs relatis per Baççam, de decima tutorum cap. 23. per totum maximè à nume. 26. cum sequentibus, vbi allegat Rochum tractantem an Pupillus possit præsentare. & an requiratur authoritas tutoris, vel curatoris, & quis præferatur præsentatus ne à Pupillo an à tutore vel curatore. De quo & per Lambertinum de iure patron. artic. 9. secundæ quæst. principa. primæ partis libri secundi, vbi & in. 13. artic. 2. quęst. principa. secundæ partis libri secundi. quærit, quid erit in populo habente iūs patronatus, in quo populo adsunt minores, an ipsi vel tutores erūt ad hoc admittendi, & in nostro proposito habemus tex. in. l. spurius §. minores. ff. de decurionib. probantęm, minores Decurionum sportulas accipere, suffragium tamen inter alios non afferre: neque itidem per tutores vel curatores ex communi stylo & practica præstabūt, præsertim cum antè. 18. annum impletum minores non possint Decurionatum habere, & ab inde vsque ad vigintiquinque, nisi ex particulari Principis indulgentia votum præstare nō possint, vt per Suarez allegatione duodecima in principio. & sic quo ad suffragium præstandum remanet in suo esse dispositio antiqua, vt debeat esse ætatis vigintiquinque annorum tantorum saltim, neque quoad hoc debet censeri correctam dispositionem antiquam, de qua hic per Authorem in nume. 4. nisi ex speciali Principis permissione, quæ faciliter conceditur illis qui sunt 18. annorum, præsertim ijsce temporibus, vbi experientia videmus ætates abbreuiari & discretionem aduenire minori in tempore.

r [Requiruntur.] De quibus in primis additionibus huius capituli diximus.

s [Iam creatum.] De quibus remissiuè per nos in. l. tit. 25. lib. 4. Recopil. & præsertim est vnus casus in. l. 4. titul. 3. libro septimo Recopilationis. alij sunt in. l. 8. 9. 10. 1. 1. 15. & . 20. eiusdē titu. 3. & libr. 7. & in remissionibus positis in fine illiusmet tituli. 3. alios casus reperies.

t [Libro. 10.] Multa enim per patientiam tolerātur, quæ si in iudicium deducta fuissent non tolerarentur, vt inquit text. in cap. cum iam dudum. de præb. & faciunt dicta per Hippolyt. in practi. §. sequitur. numer. 8. cum quinque sequentib. & per Guidonem decisione. 221. relatum per Boerium decisione. 344. nume. 1. per Iasonem & Decium relatos per additionē Bart. in. l. si duo patroni. §. idem Iulianus. nu. 10. litera. A. ff. de iure iurand.

& dicta

& dicta per Antonium Gomecium, tomo.2. cap.11.num.17. ad finem.& per Couar.in pract. Quæstionib.cap.4 nu.9.col.2. Decius in.l.in ambiguis.§.non est nouum.nu.4.cum sequent.ff.de regul.iur.& Bernar.Diaz, Regula.753.& Boerius decisione.171. nu.15.vsque ad.24.& alibi pluries. Crederem tamen ꝙ si qualitas † deficiens omnino inhabilem redderet ad Decurionatum 26 taciturnitas concilij nihil prodesset, sed si esset talis, quæ licet à principio excluderet ab adeptione officij, non tamẽ ex toto inhabilitat,& labente tempore potest suppleri, taciturnitas noceret, de quo tu latius cogitabis. Et an tolerantia & dissimulatio Principis in actu à iure prohibito inducat dispensationem vide Abb.in cap.quia circa.nu.8.de consanguinitate & affinitate. & Auend.cap.1.n.30.lib.1.& Suarez allegatione.12.fol.147.pag.2. cum sequentib.in antiquis,& quid in minore promoto ad officium an censeatur dispensatum, vide Franciscum Marcum decisione.263.& Abb.in cap.præterea. numero vndecimo.de testib.cogen.

CAPVT XIIII.

Qualiter acquiratur possessio Decurionatus.

SVMMARIVM.

Creatio Decurionum sicut & aliorum officiorum concilio spectabat.nu. 1.& 2.quod ad solum Principem vel cui ex consuetudine, foro aut priuilegio competit.

Decurio ex sola electione non acquirit possessionem. nu.3.

Electus & confirmatus non acquirit possessionem vbi installatio requiritur.num.4.& num.5. ad officia secularia extendit.& num.9.

In officijs tria requiruntur.electio, acceptatio & ingressus officij.numero.6.

Quoad possessionem & proprietatem eligendi quod tempus requiritur.numero.7.

Installatio, quid est. num. 8.

Electus & confirmatus non potest ea, quæ sunt ordinis ante consecrationem facere num.10.

Electus

Electus confirmatus potest dare licentiam causa studij absentandi.numero.11.

Potestates Ecclesiasticæ duæ sunt,num.12.

Potestates seculares ante adeptam possessionem officij administrari non possunt,num.13.

POssessionem beneficij qualiter adipiscatur Decurio cũ est creatus. Ad cuius euidentiam est notãdum quòd licèt crea-
1 tio istorum Decurionũ spectabat ad Consilium,sicut creatio† aliorum officiorũ vt inquit tex.& ibi Doct.in.l.obseruare.
a C.de Decurionib.lib.10.Sed hodie secũdum leges Ordinamen
2 b ti[a], ad solum Principem spectat prouisio, nisi consuetudine vel priuilegio spectet ad consilium†,vel ad aliquem alium[b], vtcũq; sit est videndum, an ex sola electione vel prouisione adipisca-
3 tur Decurio electus possessionem officij antequam recipiatur à consilio, & antequam detur ei sedes †, & in alijs terminis putà in dignitate, & beneficio Ecclesiastico disputat ad partes Abb. in.c.transmissam. de electio. & concludit, quòd si de consuetu-
c dine sit installatio[c], electus & etiam confirmatus non adipisci-
4 d tur possessionem † administrandi[d]. Et vniuersalis consuetudo Regni est, quòd Decurio electus intret curiam, & iuret depute turq; ei sedes,& antequàm illa fiant non habetur pro consiliario.Similem quæstionem ponit Bald.in.l.priuatorum. C.de iurisd.omn.iudic. An electus & confirmatus antequam iuret, & intret officium habeatur pro potestate, & concludit per certa
5 iura, quòd antequàm intret prouinciam non habebit † posses-
e sionem officij[e], sic erit in proposito, quòd ille non habebitur pro Consiliario antequam intret Curiam,neque antè poterit ad ministrare, & facit notabilis determinatio Bald.in.l.1.ff.de offi. præf. August.vbi dixit,quòd in officijs tria requiruntur, Electio,
6 Acceptatio,& Ingressus officij †, & ideò dicit quòd potestas antequàm intret Palatium non potest exercere officium,quia non
f dicitur in quasi possessione[f], & per ista & alia, quæ possunt adduci concluderem, quòd etiamsi in prouisione Regia dicatur, quòd si consilium non receperit consiliarium ab eo creatum, q' habeatur pro recepto, quòd non poterit administrare donec intret Palatium & recipiatur per consilium, & cum accidisset
g de facto ita respondi[g].

ADDI-

ADDITIO.

[Ordinamenti.] Quæ est.l.1.titul.4.lib.7.Recopil.& ex specia a
li dispositione.l.1.cum tribus sequen.tit.2.eod.lib.7.Recopil.&
ex.l.2.tit.1.lib.4.Recopil.vbi diximus. b

[Alium.] Prout competere potest,& seruandum disponit tex. b
in.l.1.cũ quatuor seq.tit.2.lib.7.Recopil.& ex.l.3.tit.4.eod.lib.
& quia id de iure per cõsuetudinem acquiri potest vt diximus in
d.l.2.tit.1.lib.4.Recopil.& in.l.3.tit.5.lib.3.eiusdem Recopil.Est
tamen notandum,quòd quoad possessionem vsus † quadraginta 7
annorũ sufficit in hoc casu,prout declaratur per.l.5.tit.secundo.
lib.septimo Recopila. quæ in hoc dirimit turbationes Doctorũ
dictam.l.cõtrarium cum.l.4.ibidem asserentium, vt discutiebat
Gregorius Lupus in.l.tertia. gloss.secunda.titulo.19.partita.3.&
Auend.capit.10.Prætorũ.num.2.& 3.libr.1.& ideò illa.l.4.dicti
titul.2.lib.7.Recopila.non sine mysterio in fine eius vsum,non
vero cõsuetudinem in hoc casu, vocat illum quadraginta anno-
rum,quasi per id verbum,possessio vel quasi denotetur,per ver-
bum verò,costũbre, proprietas, vt optimè & singulariter inquit
Bald.paucis notus in cap.cum Ecclesia.colum.fin.extra de elect.
quem sequitur Burgos de Paz in.l.3.Tauri.nume.1063.cum se-
quent.& sic illa.l.5.quæ de proprietate loquitur,per verbũ, Co-
stumbre,locuta est,& inquit proprietatem in hoc casu per tẽpus
immemoriale & non minus adipisci possessionẽ vel quasi eligen
di Decuriones & ad officia iustitiæ officiales. Aliud est etiã no-
tandum,quòd per.l.3.titu.4.libr.7.Recopil.disponitur quòd su-
pradicta locum habeant vt stante dicto vsu vel consuetudine po
pulorum possint per concilium eorũ eligi & nominari personæ
ad officia Decurionatus,quoties per mortẽ vacarunt dicta offi-
cia,secus verò si per resignationem, nam tunc non possent dicti
populi illa prouidere, nisi propter impedimẽtum aliquod essent
renuntianda,nam tunc in manibus aliorum Rectorũ populi re-
nuntiandum est,aliter enim renuntiatio facta nulla est,& tũc de
bet seruari forma de qua ibidem & in facti contingentia in quo-
dam officio tabellionatus sic factum fuit me patrocinante in iu-
risdictione huius Placentinę ciuitatis,vbi similis habetur consue
tudo immemorialis.

[Installatio,] Id est in possessionem † inductio,vt exponit Ab- c 8
bas in cap.transmissam. num.3. de electione. & Rebuff. in praxi
benefi.tit.de simonia in resignatione.colu. penult. versi. quin-
tus ca-

tus casus.pag.501.Installari enim exponitur,id est,poni in stallo Prælati,secundum Abb.in.c.qualiter. de electio. vt refert additio eiusdem Abb.in dict. cap. transmissam,nu.3.

d [Administrãdi, quasi secus si installatio & sic in possessionem missio de cõsuetudine non requiratur,quoniã tunc poterit Episcopus electus & confirmatus exercere ea†,quæ sunt potestatis iurisdictionalis,vt sunt iudicare,excõmunicare,corrigere,& beneficia conferre,secundum glo.in.d.c.transmissam,quam ibi sequuntur Doct.& Franc.Vargas,de Episcop. iuris.& Pontifi.maximi author.cõfirma.14.pag.121. & Bertach.in tract. de episco. 4.part.2.partis,lib.3.num.8.& Didac.Perez,libr.1. Ordina.col. 261.in fin.cum duobus sequentib.& hæc vera credo quo ad conferendum beneficia,quoties Episcopatus fuit prouisus per mortem vel priuationem,tunc enim statim quòd alicui de tali prælatura prouisum est,& sic per Papam confirmatio facta, poterit talis conferre beneficia sui Episcopatus, vt optimè per Rebuffum in praxi,titul.de simon.in resigna.num.16.pag.498.& Ripam in cap.eam te.num.10.de rescript.& Didac.Perez.l.2.titu.6.libr.1. Ordinam.col.261.cum duobus sequentib.nisi consuetudo esset in contrarium,vt per Rebuffum,ibidem num.47.versic.quintus casus, si verò per resignationem vacaret Episcopatus vel Abbatia,non poterit Episcopus vel Abbas beneficia conferre, vsque dum possessionem adipiscatur, secundum Rebuffum vbi supra, nu.27.cum sequentibus aliquibus,& sic declarabis dicta per Seluam de beneficio. 2.part. quæst. 15. per totã vbi latè discutit istã materiam an electus in Episcopum possit conferre beneficia antè confirmationem,& dicit quòd non,post confirmationem verò sic,quòd intellige dictis modis. Item intellige dum tamen literas confirmationis receperit,antè enim,neque ipse potest administrare,neque canonici suæ Ecclesiæ,id debẽt sub pœna permittere,ex extrauag. iniunctæ,de electio.inter communes,relata per Rebuff. vbi suprà,num.31. & Seluam, vbi suprà, nu.1. qui in num. 7. ponit limitationes ad illud quòd electus tantum non potest beneficia conferre,& per Lancelotũ Conradum, in templo omnium iudi.libr.2.cap.5.de Episcopo in.§.primo. in quæst. de electio.antè confirmationem. Alia tamen, quæ sunt ordinis,

10 sicut clericos ordinare chrisma conficere & similia electus † & cõfirmatus nõ potest antè cõsecrationem facere, secũdum gl. & Doct.in dict.c.transmissam,ante enim nõ dicitur Episcopus, sed

sed electus, neque dicitur antè Pontifex, secundum glo. in Clemen. 2. verb. Potificum. de celebr. miss. notat optimè Selua, vbi supra. 1. parte, quæst. 2. num. 31. & 32. limitat nisi materia subiecta, concernat simpliciter iurisdictionē Episcopalem, quia tunc appellatione Episcopi venit electus cōfirmatus non cōsecratus, secundum gloss. Episcopis, in Clemen. 1. de foro cōpet. & sic secundū Seluam dict. num. 32. electus confirmatus potest dare licentiā vt beneficiatus causa studij † se absentare possit. Et vt om- 11
nia radicitus intelligās debes scire, quòd duæ sunt, ex communi Theologorū & aliorum schola, Potestates Ecclesiasticæ †, vna 12
quæ dicitur potestas ordinis, siuè sacramentalis, & est ea, quæ per aliquam consecrationem confertur, & dicitur sacramentalis à fine ad quem ordinatur, quia omnis talis Potestas ordinatur ad concessionem & ordinationem Sacramentorum. Altera, quæ dicitur Potestas iurisdictionis, & hanc distinctionem Theologi & Iurisperiti omnes docent, vt vides ex gloss. & Docto. in dict. capit. transmissam. de electio. & optimè per Alphonsum à Castro, de iusta hæret. puni. lib. 2. cap. 21. & per Fran. Vargas, vbi supra propositio. 1. pag. 49. Primam quidem Potestatem Episcopus electus confirmatus nōdum tamen consecratus non potest exercere. Secundā verò electus & confirmatus poterit in suo Episcopatu, dum tamen literas prouisionis & sic cōfirmationis receperit, Item dum tamen alius non sit in possessione illius Episcopatus, putà quia per resignationem vel priuationem habet succedere electus & confirmatus, nō vero per mortē. Item dum tamen ex consuetudine installatio, & sic in possessionem missio non requiratur, nam si requiratur, vel per resignationē aut priuationem vel quid simile & non per mortem vacabit Episcopatus, vel literas confirmationis nō recepit, in nullo horum casuū, vel aliorum in iure expressorum poterit Episcopus cōfirmatus beneficia conferre, neque administrare & secundam hāc potestatem exercere, ita colligo ex Rebuffo, vbi supra, & Selua. d. quęst. 15. & ex Doct. in. d. c. transmissam. Sed cum Episcopus etiam confirmatus literas cōfirmationis teneatur mittere Regi & eius Regio cōsilio pro iuramento fidelitatis præstando, & antequàm ibidem expediantur non capitur possessio, canonici suæ ecclesiæ nisi literas has videant & eis notificentur non permittūt administrare, & eis pręsentatis & notificatis capitur Episcopatus possessio, nunquam vidi, neque audiui Episcopos etiam confirmatos ante

captam

captam possessionem hãc secundam ecclesiasticam potestatem exercere, & de cõsuetudine sic teneri video & audio in hoc Placẽtino Episcopatu & in alijs, quorũ notitiã habeo, Salua in omnibus Summi Põtificis authoritate & Episcoporũ prærogatiua. Idque in Secularibus etiã officijs & Potestatibus vtitur & fit, ita vt
13 etiã si Prouinciam † ingrediantur, non possunt administrare ea, quæ sunt officiorũ suorũ nisi prius titulis ostensis & capta possessione, & interim durat Potestas antecessorũ, nam quãdiu quis sustinetur in officio potest administrare ex cap. fi. octaua, quæst. 4. & cap. ad probandũ, de re iudicata. & l. Barbarius. ff. de offic. prætor. & sic cessare iam dispositionem l. meminisse. ff. de offic. proconsul. etiã si decessor hoc sciat, quãtumuis ex l. si forte. ff. de offic. præfect. aliud esset, secundũ Oroscium in dict. l. meminisse col. 436. n. 2. & sic verbũ, vsque ad aduentũ successoris, dict. l. meminisse, & verbum, ingressus sit. l. 1. ff. de offic. præfect. August. iam intelligantur, vt aduentus & ingressus cum effectu cõpleantur, titulis ostensis & præsentatis in cõcilio & capite prouinciæ, & ibidem capta possessione, prout quotidie capitur, & hoc verũ etiam si officium vacaret per mortem, non enim aliter quàm supradictis adimpletis ciuitas permitteret prouiso administrare & iustitiam exercere, cõsueta enim seruanda sunt, aliter discordijs, rixis, scandalis & delictis causa præberetur, quod maximè vitandum est, minimèque sunt mutanda, quæ certã interpretationem habuerunt, ex l. minimè. ff. de legibus. & ita in effectu voluit Author noster intelligere tenere & declarare, & benè.

e [Officij.] Vt in præcedente additione diximus.

f [In quasi possessione officij.] Ex dictis in glo. antecedẽte, & tenet Auenda. cap. decimo nono Prætorum. nume. 28. versicul. item licet quis. lib. 1.

g [Respondi.] Et sic practica & vsu cõmuni receptum videmus, ita vt dubitationi nullus iam locus remaneat.

CAPVT. XIIII.

An valeat consuetudo vt Decurio det aliquid tempore, quo recipitur.

QVæritur hic non incompetenter, an valeat consuetudo in aliquibus locis, quòd consiliarius pro receptione det Epulum, vel

lum, vel conuiuium, vel aliquid aliud, & videtur quòd gratis tenentur recipere, & si aliquid recipiunt, cum ad id teneantur de iure, quòd turpiter faciunt, per iura vulgaria [a], quæ hoc dispo- a
nunt, sed tex. notabilis in l. si mulier. 1. ff. de donationibus inter. expressè approbat consuetudinem [b], quòd in tali receptione ero b
gentur sportulæ.

ADDITIO.

[Vulgaria.] Vt. l. 1. ff. ad. l. Iuliam. de ambitu, & per illud, manus a
mundas omnes habere, & estote contenti stipendijs vestris, & faciunt dicta per me in. l. prima. titulo sexto. num. decimoseptimo. lib. 3. Recopilationis.

[Cõsuetudinẽ,] sicut & pacto vel statuto id fieri posset, & vale b
ret tale statutum de iure ciuili, vt collegiatus pro introitu soluat prandiũ, vel aliud quid. l. his verbis. §. alumno. de legat. 3. Alberi. in. 1. parte statutorum, quæstione. 66. Rebuffus in. l. Neratius. 85 versic. item in iure. pagin. 530. ff. de verborum significatione. & illum. §. allegat Antonius Gom. tomo. 1. cap. duodecimo. num. 16. in fine. & sic in hac ciuitate Placentina vtitur, vt nouus Rector tempore, quo capit possessionem Decurionatus vnicuique ex Rectoribus pręsentibus soluit duos aureos nummos. Id tamẽ de iure canonico in adeptione beneficiorũ omnino est improbatũ, ex extrauagan. 1. Ioannis. 22. de simonia, eò quòd simoniacũ est, vt in cap. quoniã. de simo. & ex cap. multis. 1. q. 3. quæ iura ad hoc allegat Rebuff. in cõcordata, tit. de reseruat. §. fin. versic. 5. etiam infertur. pagin. 4. & Parisius cõsil. 93. nu. 2. & 15. libr. 4. Et expresso Decreto. 14. Sacri cõcilij Tridẽtini, Sessio. 24. de refor mat. sic statuitur, si in vsus pios nõ cõuertatur, nã si in pios vsus conuerteretur propter diuinum cultum augmentandum, non vero ob aliud, non esset simoniacum, vt not. Doctores in capit. 6
cum. M. de constitutionibus. & Selua, de benefic. prima parte. quæstio. septima. num. 46. Nam si ob alium respectum etiam in p
pios vsus conuerteretur itidem simoniacum esset secundum Parisium, vbi supra num. 3. Et motu proprio Sanctissimi Patris ac Pontificis maximi Pij Quinti, sic stabilitum est, qui quidẽ motus proprius, quia præ manibus non habetur, sequentis tenoris est.

(?)

S. D. N. Pij. PP. V. Reuocatio

priuilegiorum & statutorum, quòd fructus Beneficiorum primi anni, aut alterius temporis, ex quo vacarunt, cedant capitulo vel alij loco.

QVI vero sunt concessi Fabricæ, seu Sacristiæ seu pro vsu vltra semestre, deinceps sint illi pro dimidia, reliquum capiat Beneficiatus.



IVS Episcopus seruus seruorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Durum nimis & incõmodum arbitramur, quòd Ecclesiarum ministri in ijs, quæ ad ipsorum sustentationem suppeditant, dispendia patiantur. Quocirca cum ad hanc rem, simulq; prohibendam ab Ecclesia Dei, auaritiæ prauitatẽ, editas ante hac sanctiones, minime satis esse intelligimus, nouæ constitutionis subsidio cogimur prouidere. Cũ itaq; alias ex plurium Ecclesiarum Cathedralium, & Collegiatarũ constitutionibus, aut ex praua consuetudine obseruari intelligeretur, vt in electione præsentatione, nominatione, institutione, confirmatione, collatione, vel alia prouisione, siue admißione ad poßeßionem alicuius Cathedralis Ecclesiæ, vel Beneficij, Canonicatuum, aut Præbendarum, vel partem prouentuum, seu ad distributiones quotidianas certæ conditiones, seu deductiones ex fructibus, solutiones, promissiones, compensationes vè illicitæ, aut etiam, quæ in aliquibus Ecclesijs dicuntur Turnorum lucra, interponerentur, licet sancta Synodus Tridentina hæc detestata mandauerit Episcopis vt quæcunque huiusmodi in vsus pios non conuerterentur, atque ingressus eos, qui simoniaca labis, aut sordidæ auaritiæ suspicionem haberent, fieri non permitterent, ipsique diligenter de eorum cõstitutionibus, siue consuetudinibus super prædictis cognoscerent, & illis tantum, quas probarent, exceptis, reliquas vt prauas & scãdalosas reijcerent. Eos verò, qui aduersus prædicta, quauis ratione commisissent, pœnis cõtra simoniacos editis teneri decreuerit, multorum tamen indomita cupiditate, tam prædicta, quam alia ad beneficium & commodum ipsorum ministrorum edita, aut omnino contemnuntur, aut in varios sensus traducta perpe-

cta perperam eluduntur. Quare nos pro diuini cultus exercitio, simulque euocatorum ad illum auxilio plenius, euidentiusque consulendum fore, rati, reuocamus & abolemus omnia, & quæcunque priuilegia, cõsuetudines, & statuta quarumcunque Ecclesiarum Cathedralium & Metropolitanarum, ac Maiorum, nec non Collegiatarum, etiam iuramento confirmatione Apostolica, aut alio quouis præsidio munita, ac etiam supra hominum memoriam, & longissimo ac quantocunque tempore etiam continuo obseruata, siuè pro persoluendis Ecclesiarum, vel Prælatorum debitis, siuè pro supportandis illorum oneribus, siuè alijs etiam maioribus, maximis, & vrgentissimis causis concessa, & approbata, ac etiam multiplicatis vicibus innouata, extensa, & moderata, quod vacantibus ipsarum dignitatibus Ecclesiarum, canonicatibus, præbẽdis, portionibus, beneficijs, officijs, fructus ac etiam quotidianæ distributiones ex eis, primo ab ipsa vacatione anno, aut longiore, vel etiam breuiori tẽpore prouenturi, Mensæ Episcopali, seu Capitulari, alionè loco integrè vel partim remaneant, seu applicẽtur, aut in communes vsus cedãt, seu inter alios Canonicos, & personas Ecclesiæ, seu Capituli diuidantur: quodq; nullus etiam Apostolica authoritate prouisus in canonicum recipi, aut ad dignitatem, seu portionem, beneficium, vel officium admitti, vel aliâs in eius possessionem induci possit, nisi prius de obseruãdis huiusmodi priuilegijs, consuetudinibus, & statutis iuramentum præstiterit, & obiectæ illorum derogationi, ac fructuũ, & distributionum perceptioni renuntiauerit, seu Capitulo & personis prædictis cesserit, seu (vt appellant) dulciaria, aut quid aliud præstiterit, quorum omniũ tenores, causas, & effectus habemus præsentibus pro expressis, quibuscunq; illa cõcepta sint, formulis, necnon irritantibus, & alijs Decretis roborata, volentes ea omnia vires & effectum de cætero non habere. Præcipimus igitur & interdicimus omnibus Episcopis, Capitulis, Collegijs, & personis ad quos id pertinet, nè post hac fructus, aut distributiones huiusmodi, nec prorsus vllam eorum partẽ retineãt, ne vè ipsorum cessionem, vel renuntiationem, aut dulciaria, vel alia quomodocunque petant, vel exigant, aut quemquam siuè ordinaria, siuè Apostolica authoritate prouisum, ad præstandum huiusmodi iuramentum inducant, aut illi prædicta non facienti possessionem impediant, vel remorentur. Quicunq; contra fecerint, si Ecclesiarum Antistites, tandiu à Pontificalis officij exercitio sint suspensi, donec satisfactione præuia illis per sedem Apostolicam suspensio relaxetur. Capitula verò & collegia quæcunque ecclesiastico subiaceant interdicto, ac singulares personæ in excommunicationis sententiam incurrant, à qua nisi in mortis articulo constituti, ab alio quàm à Romano Pontifice absolutionis beneficium nequeant obtinere. Decernentes

nentes huiusmodi præstita iuramenta nō tenere, neq; quēquam illis obligari: quinimò iurātes in huiusmodi censurā incidere, necnō irritum & inane quicquid super his secus per quoscunq; scienter vel ignorāter contigerit attētari, Et nihilominus statuimus, vt vbicunq; huiusmodi fructus & distributiones fabricæ, vel sacristiæ, aut alterius Pij loci vsibus vltra semestre tēpus reperiūtur concessi, horum duntaxat dimidia pars ipsi sacristiæ, vel fabricæ aut pio loco deinceps tribuatur, alteram vero Beneficiati prædicti integrè recipiant. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis contrarijs quibuscunque, aut si aliquibus cōmuniter vel diuisim ab Apostolica sit sede indultum, quòd interdici, suspendi, vel excommunicari non possint, per literas Apostolicas non facientes de indulto huiusmodi mentionem, Decreto prædictæ synodi ac etiam constitutione Fel. rec. Ioan. Papæ X X I I. quæ incipit, suscepti, & alijs iuribus hac de re disponentibus, nihilominus aliàs in suo robore mãsuris & duraturis. Cæterùm per prædicta nō intendimus illis præiudicare capitulis, collegijs, mensis, aut personis fructus, & distributiones inter vacationem Beneficiorum, & eorum collationem, siuè possessionis apprehensionem prouenientes ex statuto, consuetudine, vel priuilegio huiusmodi percipientibus, vel retinentibus, quominus ipsi illos interim vt anteà exigere valeant & habere. Postremò volumus vt præsentium exempla etiam impressa notarij publici manu, & Prælati ecclesiastici, eius vè curiæ sigillo obsignata, eandem illam prorsus fidem vbique locorum in iudicio & extrà illud faciãt, quam facerent ipsæmet præsentes, si essent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostræ reuocationis, abolitionis, præcepti, interdicti, decreti, statuti, intentionis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contra ire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ. 1570. Pridie Kalen. Iulij, Pontificatus nostri anno. 5.


Cæ. Glorierius.
H. Cumin.

ANNO

ANNO à Natiuitate Domini. 1570. indictione. 13. die verò 13. Iulij, Pontificatus Sanctiss. in Christo Patris & Domini nostri D. Pij diuina prouidentia Papæ Quinti Anno quinto, retroscriptæ literæ Apostolicæ, affixæ, publicatæ fuerunt ad valuas Principis Apostolorum de vrbe, ac ad valuas Ecclesiæ S. Ioannis Lateran. & ad valuas Cancellariæ Apostolicæ, & in acie Campi Floræ, per nos Scipionem de Octauianis, & Antonium Clerici Cursores Apostolicos.

Stephanus de Olea Magister Cursorum.

¶ Ex quibus vides in Ecclesijs nihil pro introitu recipi posse. In sæcularibus vero Decurionatibus consuetudo seruabitur, prout hic Placentiæ seruari diximus, & faciunt dicta per Auend. capit. 19. Prætorum, num. 28. versic. & facto iuramento. lib. Et hæ pro libro primo sufficiant additiones.



LIBER SECVNDVS.

CAPVT PRIMVM.

An consilium assurgat Decurioni intranti.

SVMMARIVM.

Imperator salutatus ab illustribus tenetur aliquantulum assurgere. numer. 1.

Prælatura principaliter propter onus datur. num. 2.

Inuidia quid sit. num. 3.

Cardinales qui dicantur & sint. num. 4.

IN ingressu cuiuslibet ex Consiliarijs de cõsuetudine laudabili assurgit Potéstas & alij Consiliarij, & stant donec sedeat Consiliarius, qui intrat, & si illustris sit Præses, vel Corrector tenetur id facere, quòd si non faciat, illi intranti potest curia sedere, & non assurgere, & hoc ex cap. esto subiectus. 95. distinct. ibi, cur ego te habeam vt Princi-

 pem,

a pem, cum tu me nō habeas vt Senatorem,[a] & propterea vt dicit Sabellicus Aenead. 6. lib. 7. fol. 59. quòd præcipua & inexpiabilis
b inuidia[b] Cæsari fuit mota, quòd Senatui ad se venienti pro téplo Veneris genitricis non assurrexit: quòd si potestas tenetur assurgere Doctori, quādo pro tribunali sedet, & dare ei reuerentiam l. fin. C. de aduo. di. iudi. multò fortius potestas consiliario, quia in consilio maiorém potestatem habent consiliarij, quàm potestas, vt infra dicetur, & non debet dedignari potestas assurgere
1 consiliario: quia Imperator salutatus ab illustribus † tenetur aliquātulum assurgere, text. & ibi Angel. in l. cum salutatus, de sen
c ten. pas.[c], & ibi dicit quòd Carolus Imperator in totum assurge-
d bat Cardinali.[d]

ADDITIO.

a [Senatorem.] Frustra enim petit debitum, qui quod debet nō impendit, vt. 28. quæst. 1. si infidelis, not. Deci. ca. cōstitutis el. 1. num. 2. de appell. & alia iura, quæ allegat gloss. nil, in eod. c. cūsto subiectus. 95. distin. cuius tex. argu. dicit Abb. in c. qualiter. n. 2. de electi. quòd Prælatura non datur principaliter propter hono-
2 rem, sed propter onus, † sed in consequentiam propter administrationem debetur honor Prælato.

3 b [Inuidia.] Quæ est ossium putredo, † Prouer. 14. & inquit gloss. interlinearis, idest bonorum operū, vndè dicit Archidi. in c. vnū orarium. §. aliàs, colu. 2. dist. 25. inuidia est quædam arbor, cuius radix est maleuolentia, cuius frondes, ira & odium, cuius flores irrisio & derisio, cuius fructus, æmulatio & detractio, cuius folia, liuor & pallor, & quē aspicit, despicit, & quē despicit interficit, & corrumpit. Et de nequitia inuidi, est bonus text. in cap. sexto die, circa medium. 35. distinct. & in cap. simonia. 6. quæst. 1. & cū ab omnibus sit inuidiæ vitium fugiendum, ab his tamen, qui clerici sunt & de sorte Domini, est præsertim euitanda. cap. his igitur, circa medium. 23. distinctione. & ab omnibus laicis, vt summum malum cauenda est inuidia, nè eam sibi in suos sacerdotes assumant. Peius enim malum (vt dicit Gregorius) non existimo, quàm Christianos suis inuidere sacerdotibus cap. sunt plurimi, in fin. 6. quæst. 1.

c [Sentent. pas.] Refert Felin. in Rubrica. num. 8. de maior. & obed. & Antō. Gama. decisio. Lusit. 1. nu. 41. & plura per Cassan. in Catalo. glor. mun. par. 4. cōsiderati. 21. & 26. vbi optima refert,

in propositum, & faciunt dicta per Tiraq. in l. 13. connub. nu. 40. cum sequentibus.

[Cardinali.] Cardinales enim sunt senatores † sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ & pars corporis sanctissimi Domini nostri Papæ cap. Constantinus 96. dist. c. fœlicis, de pœnis in 6. l. quisquis. C. ad. l. Iul. maie. & habent maximam præstantiam & dignitatem, vt per Barbat. tract. de præstan. Cardi. & sic non cõprehẽduntur, in generali impositione subsidij, nec in dispositione. c. fi. de concess. præb, in. 6. neque in censuris in cõstitutione appositis, si nõ sit in illis dictum expresse. c. quia periculosum, & ibi Ioan. Andr. de senten. excom. in. 6. notat Marcus Mãtua in obseruationibus legalibus lib. 10 cap. fin. de Cardinali, & Cassan. in dict. catalogo gloriæ mundi. 4. parte, considera. 10. cum. 8. sequentibus. 4

CAPVT SECVNDVM.

In sessionibus qualiter se debent habere.

SVMMARIVM.

Stans Deo proximior dicitur altius sedere. nu. 1. & 7.
In sessionibus apparet dignitas. num. 2.
Primo receptus præfertur. num. 3.
Maior & antiquior qui primo recipitur. num. 4. & 17.
Consuetudo non valet vt Archidiaconus præcedat vicarium Episcopi. num. 5. & 19.
Consuetudo tollens priuilegia dignitatis non valet. num. 6.
Sedens dicitur magis honorari quàm stans. num. 8.
Intersedentes maior est qui stat à dextris. num. 9.
Quando dicatur quid à dexteris, vel à sinistris. num. 10.
Ordo ab omnibus æqualiter seruandus. num. 11.
Ordo quid sit. nu. 12. & in pluribus in quibus seruatur. ibid.
Honor consistit in sedendo ante alios. nu. 13.
Nominatus prius dicitur honorari. nu. 14. & sic in beneficialibus primo nominatus præfertur. nu. 15. cum Apostolica.
Confessio partis in beneficialibus quãdo titulum tribuat. nu. 16.
Priuatus officio illud recuperans an sedeat in antiquo loco. nu. 18.
Honor qualis sit sequi an præcedere. nu. 20.
Præcedentia locorum & vocum quando locum habeat. nu. 21.

QValiter & quo ordine debent sedere in consilio, & sic in sessionibus quis alteri præferatur. Et licet ille, qui Deo
1 proximior stat, dicatur altius sedere †, vt gloss. in .§. aliã.
a Instit. de bono. poss.[a] nihilominus sicut in cęlestibus est
b ordo, ita in terrenis oportet ordinem obseruari[b], quia in sessio-
c 2 nibus apparet dignitas. † cap. cum olim. de consuet.[c] & quis sit dignior alteri nobilitate & virtute, esset concertatio longa & periculosa, & quę quotidianam materiã discordiæ posset inducere.
3 Ideò optimè statuitur, quòd primò receptus † præferatur alteri.
d capit. statuimus. de maio. & obed.[d] & ille dicitur maior & anti-
4 quior qui est primò receptus †, gloss. in cap. fin. de cõsuet. in sex
e to.[e] & hoc est seruandũ, etiam si consuetudo esset in contrariũ,
f quia talis consuetudo est nutritiua scandali[f], inimicitiæ, & peccati. capit. fin. de consuetu. & propterea non valet consuetudo,
g 5 quòd Archidiaconus præcedat vicarium † Episcopi[g], quia non potest induci nisi ex quadam ambitione, vel stultitia. cap. legim'
h 93. distin. ita tenet Abb. in consi. 11.[h] facit † text. quem ibi notãt Bart. & Platea in .l. omnes. C. de decurio. libr. 10. qui dicit, quòd
i 6 consuetudo, quæ tollit priuilegia † dignitatis non valet[i]. Et ego expertus sum super his sessionibus simultates & periculosas inimicitias, quæ fuerunt sedatæ statim quòd fuit statutum, quòd pri
k mo receptus præcederet[k]. Et tunc quilibet suo loco erat contentus, & non reputabatur dignior, qui præcedebat, cum vtebatur iure suo.

ADDITIO.

a [Bonor. poss.] Nam vt dicit Veronẽ. in tract. de Imper. eligen. in verb. ratione dignitatis. Adam & Petrus magis honorãtur, ex quo sunt proximiores virgini, is enim dicitur magis honorari,
7 qui sedet propè Dominũ †, & tãtò maior, dignior dicitur, & altior, ex glos. altiori. in dict. §. aliã, hic per Authorẽ allegata, & ibi Por. & Angel. & per Ioan. de Imol. in .l. qui soluẽdo. la. 2. ff. de hæredi. instit. Bald. in .l. obseruare. §. antequàm vero. iuxta finẽ. ff. de offi. proconf. & leg. & de hoc honore sedendi iuxta Principẽ habetur. 2. Esdræ. cap. 3. & vide Ioan. de Terrarubea, in lib. suo, de vinea Ecclesiæ, artic. 2. primi tractatus conclusione 4. & Anto. Ga
8 mam, decisione. 1. Lusitana, num. 8. & sedens dicitur † magis honorari, quàm stans, secũdum Bald. in .l. quotiens. C. vbi senator. vel claris. per tex. ibi in verb. sedendi quoque. & etiã qui recumbit maior est quàm qui ministrat, Lucæ 22. & inter sedentes dici

 tur ma-

tur maior & honoratior, qui † ſedet à dextris, Bal.in.l.decernimus.in. 3.notabil. C. de ſacroſanct. eccleſ.in cap.quam periculoſum.7 quæſt.1.& facit illud quòd dicitur in Euangelio, vnum à dextris, & aliũ à ſiniſtris, & eſt text.in capit.ſplitæ.verſi.hoc autẽ.ibi, in ſiniſtra parte ſedere, de maior.& obed.dicit enim Bart. in ſuo tracta. de inſigni. & armis in.4.col. quòd dextera pars eſt principiũ motus, & ſic ſemper pes, qui antecedit, pes dexter eſt, eò quod nobilior, alias ſignaret talem figurã læuam eſſe, quod vitium ſonat.l.qui clauum.§.item ſciendum. ff.de ædil. edicto. de quibus latè per cõcluſiones per Ioan. Sanxon, in cõſuetud.Turoniæ, tit. Deſdroiz de Caſtellenie, artic.2.& per Tiraquel. de primogenitura, in Præfatione.nu. 14. cum duobus ſequentib. quid autem dicatur à dextris †, vel à ſiniſtris, Barto. Veron. vbi ſupra. 10 examinat, quòd intelligendum eſt maximè, quando inſignia, literæ vel figuræ in clypeis, coopertuſis, veſtibus, parietibus, vel in loco ad ſimilitudinẽ pinguntur, & in alijs etiam caſibus, vt habetur plenè per Bart.in dict.tract.de armis.& in tract.de Inſula.13. col.cum ſequen.quæſtio.vlti.& penult.ante primam figurã, vbi omnino eſt videndum, & per Veronenſem, vbi ſupra, & Imago impreſſa dicitur eſſe in latere dextro, quæ nos reſpiciendo, eſt reſpectu noſtri lateris ſiniſtri, ſicuti ſi quis faciem ſuam ad meã conuertat, latus eius dextrum eſt reſpectu mei ſiniſtrum, ſecundum Bartol.vbi ſupra.idem ſi imaginem noſtram in ſpeculo inſpiciamus, & ſic Veneti malè ponũt in ſigillis Leonem in parte dextra, & Ducem in parte ſiniſtra, habendo reſpectũ ad contrarium. Et inde arma maioratuum ſemper in eminẽtiori & ſic dextro loco apponi iubetur per fundatores.

[Obſeruari.] Nam vt habetur in cap.conuenit de cõſec.diſtin. b 5.conuenit ordinem † æqualiter ab omnibus cuſtodiri, nec debet turbari ordo officiorũ.l.quiſquis.in fine.& ibi gloſ.fin.C.de 11 poſtul.nullius quippè vniuerſitatis adminiſtratio gereretur, neq; ſubſiſtere poſſet, niſi eam magnus ordo differentiæ ſeruaret.cap. ad hoc 89.diſtinct.& maximè ordo in dignitatibus eſt ſeruãdus, l.fin.C.de primicer.& toto tit.vt dign.ordo ſer.lib.12.C.& bonum conſiſtit in ordine, ſecundum Auguſtinum, in lib. de natura boni.& ordo dat rei perfectionem.7.quæſtio.1.nihil, & præſertim in Eccleſia, cum in ea nihil debeat eſſe inordinatum cap.miramur.61.diſtinct.& ideo quanto aliquid ordinatius, eſt tanto id melius & perfectius eſt.l.1.§.1. ff.ad Velleianum. ita dicit Lucas

 de Penna,

de Penna, in dicta Rubrica. C. vt dign. ordo ser. libr. 12. & sic in-
12 quit August. de ciuit. Dei lib. 19. quòd ordo † est parium dispa-
riumque rerum sua cuique loca tribuens dispositio, & dicitur, ab
ordino, & ordino ab ore dicitur, q. est idem quòd dispono, quasi
ore pronuncio, quis cuiq; locus esse debeat, & Archid. in. c. decer
nimus. 10. q. 2. ordinem etiā esse dicit, cùm diuersarum rerū, vel
personarum vnaquæque propriū sibi locum tenet: ratio autē ordi-
nis obseruandi inter personas, ponitur, in cap. fi. in princ. 89. dist.
eò quòd ex ordine vera concordia fit, & ex diuersitate cōtentio,
& ibi glo. allegat optimam authoritatem Apostoli ad hoc. Et sic
sicut in dignitatibus est seruandus ordo, sic & in alijs erit seruan-
dus. Et primò in muneribus subeundis. l. fi. quem. ciuil. mun. indi.
lib. decimo. & l. prima. C. de mun. patrim. eodem libr. Secundò in
debitoribus fisci conueniendis. l. quoniā Augerio. C. de conuen.
fis. debit. lib. 10. Tertiò in libertatibus. l. generaliter. §. si quis al-
num. versi. si quis ergo. ff. de fid. lib. Quartò in pignoribus. l. se-
da. C. qui poti. in pig. ha. Quintò in petitionib⁹ à diuersis in iudi
cio propositis. l. qui prior. ff. de iudic. Sextò in executione rei iu-
dicatæ. l. ordo. C. de execu. rei iudic. & l. à Diuo Pio. §. in vēditio
ne. ff. de re iudicata. qui si non seruetur actus est nullus. Felin. in
capit. cum dilecta. colu. 6. de rescript. Ioan. de Imol. in dict. §. in
venditione, & maximè quādo executio fit ab executore, vt dicit
Alexand. consil. 5. colum. 3. volumi. 2. & nos alibi diximus latius
in. l. fin. tit. de las entregas. lib. 4. Recopilationis. Septimò in peti
tionibus ab eodem propositis. l. ordinarij. C. de rei vend. Octauò
in testamentis. l. qui soluendo. la. 2. ff. de hæredi. instit. l. 2. §. prius
ff. de vulga. ista describit Platea, in. l. secunda. C. vt dig. ordo ser
uc. lib. 12 Nonò in visitatione facienda per Episcopum, vel alium
habentem ius visitandi. capit. primo. de censib. in. 6. Decimò in
electionibus faciendis. cap. quia propter. & ibi notatur, extra de
electio. ita quòd nō debet fieri præposterat io requisitorū ad ele-
ctionem, vt notāt Ioan. Andr. & Panor. in dict. ca. quia propter.
in. 5. & 6. col. Vndecimò in confirmatione electionis, quoniam
pri⁹ debet fieri Inquisitio de processu electionis, de meritis, & di
gnitate, vel indignitate ipsius electi per ipsum confirmatorem,
quàm electus confirmetur, alīs confirmatio non tenet. cap. pro
uida. cap. fi. de electio. in. 6. & ibi Domini. & Francus, & amplè
de ijs duobus per Petrum de Blasio, in suo directorio electionū.
3. parte. cap. 38. vbi multa de materia ordinis, & per Hippolyt. in
pract.

pract.crim.§.2.num.68.cum pluribus seq. Duodecimò in Euangelijs vbi primò in ordine ponuntur Euangelia Matthæi, quia primus scripsit Euãgeliũ in Iudæa, vt habetur in argumẽto in Euãg. secũdũ Matthæũ, & ibi Nicol. de Lyra. Decimotertio, etiã Deus præcepit nomina filiorũ Israel scribi in veste Aarõ iuxta ordinẽ natiuitatis eorũ, Exodi. 28. & habetur per Lucã de Penna, in.l.3. in prin. C. de Tyroni.lib.12. Decimoquarto, in oneribus ordo est seruandus.l.ordine.delegat.3.l.3.§.præses.ff.de mun. & honor. glo.l.vni.C.de potio.ad mun.nomin.lib.10. Decimoquinto, ordo seruandus est eorũ, quæ lege ponuntur, vt.l.fi.C.de offic. præfect.vrb. secundũ glossam.in.l.2.ff.de adoptionib. & sic vbi legalis paternitas contrahitur, primò interrogatur pater quàm filius dict.l.2.ibi, quia is, qui adoptat, rogatur, idest interrogatur.ff.de adoptionib. per quem tex.dicta gloss.prima, infert, quòd spõsus primò debet interrogari in matrimonio cõtrahendo, quàm sponsa, & ad hoc illam gloss. singularizauit Bald. Decimosexto, in iudicijs, vt.l.prolatam, C.de senten.& interl.omn.iudic. & C.de ordine iudic. & in ijs si ordo non seruetur an actus sit nullus, Alber.in.l.1.colum.5.C.de nouo.C.comp. & diximus in.l.5.tit. 17.lib.4.Recopil. & in.l.fin.tit.21.eod.lib. & supradictos casus desumpsi à Cassaneo, in Catalo.glor.mun.1.par.consid.... & quæ hic transcripsi, quia non præ manibus habetur liber ille, & in tribus antecedentibus considerationibus alia de ordine descripsit ipse Cassan. quæ longum esset referre, & extra propositum.

¶ [De consuetudine.] Honor enim † consistit in sedendo ante c 13 alios, secundum Bald.in.l.decernimus.2.notabi.C.de sacrosan. eccles. & in.l.liberti libe... ...ue.nu.18.C.de oper.lib. quem & alios refert Tiraquel.de primogenit.in præfat.num.13.& Anto. de Lara, in princ.l.si qui à liberis.num.21.ff.de liber.agno.ex quibus inferunt & præsert... Tiraquel.vbi supra num.27.& sequẽtibus aliquib. filium pri... ...genitum vt honorabiliorem debere sedere à dextris, & secun... ...genitũ à sinistris, ex gloss.in.c.... periculosum.7.quæst.1.s... ...ensque in principio, sunt in capitolio... ...ari dicitur, eò quòd ... ...ibus est inchoandum, vt est tex. ... gloss.in.§.fin.Instit.de ... iure natur. vnde Virgilius in Bucolica, à Ioue principium Musæ: & facit illud in capite libri scriptum est de me, & ad hoc videtur tex.in.l.2.§.Seruius autẽ Sulpicius.ff.de origi.iur. vbi sic dicitur, Seruius autem Sulpicius cum in caussis orandis primum locum ... ...ente post Marcum Tullium obtineret, &

ret;& tex.in cap.tua.50.distinct.ibi à capite incipientes, & facit quòd scribitur de Saule lib.1.Regum cap.9.assumens itaque Samuel Saulem, & puerum eius introduxit eos in Tricliniũ, & dedit eis locum in capite eorum, qui fuerant inuitati.

14 [Obedientia.] Qui enim prius nominatur dicitur honorari †, secundũ Bald.in authen.hoc amplius.col.fin. C.de fideicõ.facit tex.in cap.si quis iusto,ibi is qui primo.de electio.in.6.& in.l.seruus cõmunis ita,& quòd ibi not.ff.de stipul.ser. & sic ordo scripturæ,vel nominationis titulum confert prælationis,secundum Benedict.in cap.Raynutius.verb.testamentum.2.nu.28.de te-

15 stamen. & sic in beneficialibus primo † nominatus præfertur, tex.in cap.eam te. de rescript.cap.si eo tempore. eod.titul. in.6. cap.mãdato.de præbend.in sexto.l.quoties.ff.de vsufruct.& qui habet primum esse habet primum frui,& primũ gaudere,secundum Bald.in.l.si plures.colu.1.C.de cond.inser.refert Ias.consi.192.colum.4.volumi.2.Rebuff.de nomina.quæst.21.nu.1.& 2. prior enim gratia est attendenda,secũdum text.in cap.si à sede. de præbẽd.in sexto.& antiquitas hæc & prioritas ex vnius etiam horæ spatio probatur,imo & vno momento,ex gloss.in cap.duobus.de rescript.in.6.& ex glos.fi.in.l.si ex pluribus.§.fin.ff.de solutionib.& est cõmunis opinio secundum Cassiador. decisi. 20. de præbend.vnde vt inquit Rebuff.de pacifi.poss.nu. 299.ni anti quis,cautela erit,vt de certa hora probatio fiat per testes,& valebit,quicquid malè aliud voluerit ibi Rebuff. Imò & ex partium confessione id cõstare potest,vt ait gl [illegible] si non appareat in dict capit.duobus,quã sequũtur Doct.ibi. [illegible] in.d.cap.si à sede.neque

16 obstaret, quòd de iure cõfessio † pr[illegible] in beneficialibus non tribuit titulum,ex cap.eum qui.de eo qui mit.in poss.in.6.& glo. fin.in fin.in.c.fin.de crimi.fal.tradit Rota,decis.42. de testib. in nouis.& Boerius consil.40.Gomec.de [illegible]ien.poss. q. 36.quia secundũ omnes in dict.c.si à sede.& [illegible] c.duobus.hoc est verũ in titulo & iure pleno,secus tamen [illegible] uo ad qualitatem, & prælationẽ & circunstãtias aliquas, quia [illegible] bene prodest cõfessio partis,prout inquit & tenet Staphil.[illegible] tigrã.& iust.tit.de or & pot.leg.nu.29. & Cassiad.vbi supra. & iterũ in decisi. 1. nu.2. tit.de reserua.in Regulis cancellar & sic nimirum si primò receptus tanquam honorabilior præferat [illegible]

e [De cõsuet.in.6.] Et hoc iure optimè in Collegijs,Ecclesijs,Ca-

17 pitulis † Cõcilijs,& congregationi[illegible] [illegible]ruatur,ne (vt inquit

optimè

optimè Iurc consultus in.l.3.C.de Tyronibus.lib. 12.) nouitij ijs præferantur,quibus laborum assiduitas,& stipēdiorum prolixitas suffragatur. In ordine enim sedendi antiquitati deferēdum est, vt probatur in.l.1.C.de cōsuli.lib.12.& in.l.1.&.2.C.de præf. præt.eod.lib.& in.l.1.C.de præp. sacro.cubi.eod. lib.dixi in. l. 25.num. 1.tit. 16. lib. 2. Recopil.& qui priores sunt in dignitate sunt alijs præferendi,distinct.18.ca.placuit.74.distinct.Episcoporum.85.distinct.cap.fin.de maio.& obed.cap.1.& in c.13. Concilij Nicæni,& in Concilio Toleta.93.& in.23. cōcilij Milenit.& in alijs cōcilijs relatis per Guille.Duran.de modo general. concilij celebran.1.part.Rubric.de excessu Cardin. fol.mihi.17. In sedendo enim,subscribendo,incedendo,& loquēdo ij maiorem prærogatiuam habent,qui digniores sunt ratione temporis promotionis ad officiū,aut dignitatis adeptionem, vt habetur in ca.concilium.§.hinc.in fine.17.distinct.not.Anto.Gama in decisione Lusita.1.n.1.&.14.& Auend.c.19.Prætorum.num. 15.in princ.lib.1.& Fran.Marcus decisio.Dalphin.808.n.1.vbi disputat an Princeps possit hoc tollere. Digniorque dicitur quis interdum propter antiquitatem,putá quia primo fuit dignitatem adeptus,iuxta not.per Innoc.in c.tria.extra de maio.& obed.& per Barto.in.l.1. ff. de albo scri. & sic Doctor antiquior præfertur Iuniori in tēpore gradus,etiā ditiori vel nobiliori, vt per Deciū latè in cap.clerici.num.3.cum sequent.de iudi. Sed quid si quis est priuatus officio Decurionatus, & alteri est collatū an si recuperet illud †,erit sedēs in loco antiquo,vel in nouiori ,vide optimè per Menoch.in tract.de recuperan.poss.remedi.10. nu. 105. 18
vsque ad.117.cum declarationibus,& Auiles cap.44. Prætorum glo.1.nu.3.& Petr.Pekius,in cap.qui prior.nu.12.de regu.iur.in 6.& an antiquior receptus votabit primo in cap.4. istius libri dicemus annuente Deo.

[Scandali.] Quo cum scandalo nihil est agendum,ex iuris Regula & Brocardico,de quo plura diximus in.l.14.tit.3.lib. 1. Recopil.n.29.cum tribus sequentibus. f

[Vicarium.] Regula est enim vera & communis quòd vicarius Episcopi in sessionibus & in omnibus alijs actibus in quibus existit vt talis Vicarius † non repræsentās aliam personam & dignitatē quā Vicarij,prefertur Archidiacono & debet esse in eminētiori loco quàm Archidiaconus existit, tū quia repręsentat personam Episcopi & præferēdus est in honore sicut principalis,secundum g 19

cũdum Alberi.in rubri.C.de offic.vicar.& Fran. Marcum,in decisio. Dalphin.619.nu.3.Item quia existit in maiori iurisdictione & sic in lesione præferendus,secundum Abb.consil.21.lib.1.ex text.in cap.statuimus.§.fin.& capit.seq.17.distin.& etiã dicitur associari Episcopo in iurisdictione, vt inquit tex. in cap.innouatione.16.quæst.7.Tum etiam quia vicarius Episcopi coruscat radijs Episcopi.& idem tribunal habet cum eo,ex tex.in cap.2.de cõsuet.in.6.& dignitatẽ habet,vt in Clemen.2.de rescript. nam secundũ aliquos dictus Episcopi vicarius inter spectabiles numeratur,& ad minus inter clarissimos, ideò nimirũ quòd Archidiacono præferatur,ex text.in capit.præcipimus.93.distin.quem ad hoc extollit Ludoui.Roma. singul.340.incip.& dicit, & tenent Abb.in consil.21.lib.1.& Bote,de synod.d.c.Episcopus.3.parte in prin.n.20.& Iacobatius de concilijs, lib.1.tit.de sensibus,pag. 67.col.1. & hoc verius esse testatur Dominus Franc. Sarmiẽto, libr.7.Select.cap.17.in princi.& Lancelotus Conradus,in tẽplo omniũ iudi.lib.2.cap.6.§.2.de offic.& pot.vica.Episcopi.nu.14. cum seq.& alios referens tenet factum contingẽs narrans Marcus Anto.Cucho,de institu.canonicis tit.de vicarijs.nu.29.vbi ampliat id procedere etiã in Ecclesia cathedrali vicarium Episcopi præferri,prout& tenet Sarmiento,vbi supra in fine.Secundo ampliat idẽ Marcus Anto.vbi supra.n.33.vt id procedat non solum absente Episcopo,verum etiam eo præsente,prout & tenet Anto.de Prat.in tract.de iur. episc. cap. 2. quẽ refert & sequitur

2 Sarmiento,vbi supra.n.1.Vicarius enim generalis Episcopi regulariter protest exercere iurisdictionẽ in eius presentia,sicut in absentia,nisi in casibus vbi aliud de iure statutum reperitur,ex tex. in cap.cum nullus.de tempo.ordi.in.6.not.Franc.Marcus,in decisione Dalphin. 483. num.2. Domi. in cap.licet.de offic. vicar. in sexto.& gloss.in pragma.sanctio.titul.de collatio.§.itẽ voluit. in glos.absentia,tomo.1.pagi.314.in paruis,& ita tenendum est quicquid aliud velit Menoch.consil.51.& 52. relatus per Marcum Anto.dict.nu.33.Tertio ampliatur dicta Regula quòd non valeret consuetudo in contrarium tanquàm omni iuri cõtraria, vt omnes supradicti tenẽt & benè,contra Marcum Anto. vbi supra dict.nu.29.aliud volentem, esset enim talis consuetudo contraria primo iuri diuino,vt colligitur ex cap.ad hoc.89. distin.& ordini naturali,vt colligitur ex cap.est ordo.33. quæst.5. & iuri canonico,cũ maior in administratione præferendus sit,iuri ciui li,vt

li, vt colligitur ex l. vt gradatim. ff. de mun. & honor. & l. 1. ff. de albo scrib. & sic imprӕscriptibilis, & potius dicitur pestis quā cō suetudo, iuxta ea quӕ habetur in simili in c. ad nostram. in tex. & gloss. de probationib. & etiam contra honestatem, & ideo nō valet. capi. cum decorem. de vita & honest. cleric. & etiam contra rationem & contra primū gradum humilitatis, vt probat Panormita. in dicto consilio 22. quem sequitur Felin. capit. statuimus. de maior. & obedien. & optimé Cassan. in catalogo gloriӕ mundi, parte. 4. consideratione. 46. & sic iure optimo Author iste in prӕsenti dixit talem consuetudinē non valere, & ex his Sanctissimus Papa Pius Quintus motu proprio cōcesßit Episcopo nostro Placentino Petro Ponce de Leon & successoribus eius in Episcopatu, quòd vicarius Episcopi in Choro ecclesiӕ Cathedralis habeat in absentia Episcopi vnam de principalioribus sedibus post Pontificalem, quam Vicarius voluerit, & quòd istӕ duӕ sedes sint semper vacuӕ, & nullus in eis sedeat sub grauibus pœnis, vt cum Vicarius aduenerit eligat quam voluerit, quӕ omnia nota, quia non sic reperies, sic & locum tenens Correctoris in Concilio in absentia Correctoris eminentiorem sedem & locum obtinet.

[Consil. 11.] Aliàs 21. vt in gloss. prӕcedente diximus. h

[Non valet.] Vt infra libr. 3. cap. 3. dicemus. i

[Prӕcederet.] Qualis sit honor an sequi, an prӕcedere †, an esse k in medio, ex qualitate factorum & casuū, & sessionum, aut pro- 20 cesßionum colligendum est, consuetudoque locorum in honoribus deferēdis inspicienda est, vt inquit Bald. in. l. lect. l. obseruare. § antequàm, ff de offic. proconsf. actus enim sunt & fiunt tā in Ecclesijs, quàm in Collegijs secularibus in quibus aliquando prӕcedentia est honorabilior sequētia, & aliquando sequētia est honorabilior prӕcedentia, in procesßionibus enim qui sequuntur post prӕcedentes sunt honorabiliores: in offertorijs vero prӕcedentes sunt honorabiliores sequentibus eos, imò & aliquando prӕcedentes, vel sequentes nō sunt honorabiliores, sed qui sunt in medio, putà quando fiunt publicӕ procesßiones Ecclesiasticӕ pro deuotionibus, votis, aut Litanijs, aut pro bonis temporalibus, prӕcedunt enim minores honore Ecclesiastici respectu aliorum Ecclesiasticorum sequentium, & post omnes Ecclesiasticos sequuntur Corrector & prӕses ciuitatis & Rectores alijque milites & personӕ seculares, & tamen locus medius est tunc honorabilior,

bilior,quoniam ibidem præest Episcopus, qui semper stat in medio clericorum & laicorũ, exẽplo Christi, qui sedens in medio Doctorum &c.Lucæ.2. & iste est honor stare aut sedere in medio,quoniam locatus in medio,cũctorum ad se trahit aspectum, vt dicit Casiadorus lib.3. variarum Epist.& apud Numidas erat honor sedere in medio,vt refert Salustius,in Iugurthino,& Lucas de Penna, in.l.quisquis. C.de pręf.præt.lib.12.& etiam Episcopus, tanquam Pastor adducit oues ante clericos, docens eos modum eundi & incedendi,laicos vero post,vt exẽplo clericorum incedant,ita quòd secundum subiectam materiã honorabilior locus iudicatur præcedentia,vel sequẽtia cõsuetudine locorum & opinione omnium ciuium habita & considerata. Ex quo est indeterminata quęstio tacta per Boeri.decisi.23.nu.60.de fatuo quodam inter medicos & Legistas:de qua quęstione & quis eorũ præferatur vide Cassan.in catalogo glor.mundi. 10. parte, considerat.25.& notandum pro complemento,quod ista præce-
31 dentia locorum & sedium †,vel vocum,tunc habet locum,quoties sunt ij in actu Cõcilij,Collegij,vel Capituli,vt infra isto lib. cap.4.videbimus Deo volente.

CAPVT TERTIVM,

Quid sit tractandum in consilio.

SVMMARIVM.

Consilium sapientium requirendum.num.1.
Peritos in arte consulendos.num.2.
Imperiti etiam aliquando bene responderunt.num.3.

SIc ergo congregatis dicit Aulus Gellius dict.lib.14.capit.17. quod ad Senatũ deferebantur primò de rebus diuinis,quàm
a humanis [a],& de Republica indiffinitè, & de rebus singulis finitè,quæ omnia exemplo digna teneant Rectores.

ADDITIO.

a [Humanis.] De quibus hodie in ijsce secularibus consilijs tractari solet,de rebus scilicet regimẽ ciuitatis & terræ subiectæ cõcernentibus,& prouisione populorũ, annonaq; prouidenda,defenden-

fendendisq; ciuitatis rebus & redditibus (nè dicam destruendis aliquãdo quòd absit)aliaque insuper secundum negotiorum occurrentium necessitatem pertractantur, inter sese negotia ipsa conferentes,& aliquando literatorum & Iurisconsultorum con silia † perquirentes, iuxta illud Eccle. 32. Fili sine consilio nihil 1
facias,& post factum nõ pœnitebis,prǽsertim in arduis negotijs, vt & ipse Rex in lege condenda, vel deroganda consiliariorum vota perquirit,vt.l.humanum. C.de legi. & in.l.fin.tit. 1.lib.2. Recopi.vbi dixi.Imò & ipse summus Pontifex Cardinalium con silia perquirit,voluntariè tamen,nõ vero ex necessitate, vt vtrũque dictum, & quam plura alia refert Loazes in copiosa sua allegatione super oppido de Mula Marchionis de los Velez.1.dubita tione.7.fundamento pro parte oppidi,pagi. 64. cum sequentib. aliquibus,& in Responsio.ad dictum septimum fundamentum, pag.392.cũ sequentib. aliquibus in paruis. Recurrẽdum est enim aliquando ad Peritos in arte †,quam casus consulendus respicit, 2
ex text.in capi.proposuisti,ibi,testimonio septem mulierum,de probationib.in capit.ex literis.de frigid.& mal.l.1.§.1.ff. de ven. inspi.in.l.nemini.circa medium C. de aduoc.diuer. & in capit. significasti,de homicidio & est gloss.in.§.prǽterea.Instit.de rerũ diui. & optimè per Ioan. Montoloni. in suo prõptuario iuris. verb. sapiens. in gl.super litera.O. & ibi an vnus vel plures sapiẽtes sint cõsulẽdi, de quo optimè per Rebuff.in authen. habita.in verb.examinatione.versic.sed quǽro an sufficiat.ca.nè filius pro patre.vnde dicit notabiliter Domini.in cap. statutum.in princi. col.fin.de rescrip.in.6.quòd cõsiliarius merus legista recusari po test in causa mere spirituali. Et idem quando causa esset multum subtilis & in apicibus iuris ciuilis,& acciperetur cõsiliarius vnus grossus & rudis Canonista, quia recusari posset,vt notat Bald.in l.fin.quǽst.16.C.de hǽred.instit.alia etiam in hac materia recurrendi ad peritos in arte,vide per Abb.& Deci.in.d.cap.propofui sti.Doctique & prudentes viri consulendi sunt,iuxta illud Ciceronis in Lǽlio, non enim viribus,aut velocitatibus,aut celeritate corporũ magnǽ res geruntur, sed consilio & authoritate, & sciẽtia,& quod idẽ scribit libro officiorum,parũ sunt arma foris, nisi sit consilium domi, quod citat Panormi.in cap.ex multa.§.1. versi.nota quòd pollens consilio,de voto,& ibi dicit tex. ꝙ non sunt inutiles ad pugnandũ, qui etsi per se pugnare non possunt, maturitate tamen cõsilij,adesse valent pugnãtibus, & nõ solum

E ius po-

ius postliminij est his, qui pugnare possunt, sed & omnibus, qui eius naturæ sunt, vt consilio, vel auxilio, seu alijs modis vsui bellico adesse possunt. l. postliminiũ. §. fin. ff. de capt. & postli. reue. facit. l. 2. §. corporis. ibi, cæterum quæ consilio. ff. de vaca. mun. quibus concinit illud Homeri libr. 3. Iliados, consilio sanè multo quàm robore præstat, Hirsutam quicunque parat succidere siluam: Consilio rursum Nauclerus in æquore nigro, Dirigit vndiuagã nauim, raptantibus Austris. Cõsilio auriga aurigã vincitq; præitq;. Conducũtq; duo versus, quos quilibet Salmanticæ studentium pluries videre potuit, politi & inscripti iuxta gymnasium vbi ius ciuile profitetur, in hunc modum.

Quæ properè nequeunt, maturo tempore fiunt,
Viribus & præstat res sacra consilium.

¶Ex quibus multoties Rectores ij consilia prudẽtum requirere debent & peritorũ vota pro bona negotiorum expeditione, prosunt enim & non obsunt similes Inquisitiones. Imò & quãdoq; imprudentium & illiteratorum consiliũ requirendũ est, vt probatur ex tex. cum glo. 1. in. c. ad nostram. de cõsuetud. vbi Panor.
3 post Ioan. And. dicit, imprudentes nonũquam in aliqua re † habere intellectum magis eleuatum, quam omnes prudẽtes, & ponit exemplum de quodam fatuo Parisiensi, qui decidit quæstionem miro modo inter tabernarium, & quendã pauperem, â quo tabernarius volebat extorquere pecuniã, quia comederat panẽ ad odorem assati, nam soluit illi interesse, ex sono vnius denarij Turonensi, quam quæstionem, vt dicit Panor. vbi supra. non potuisset Cato melius decidere ad satisfaciendũ animis impudentium, quod quidem exemplũ, & alia refert Boeri. deci. 23. nu. 57. cum tribus seq. & Rebuf. in authẽ. habita. in verb. examinatione, vers. decimũ octauum. vbi cum pluribus versiculis ante & post, refert plura consilij cõmoda: & ad præmissa facit bonus tex. in. l. potioris. in prin. C. de offi. rector prouin. & in. c. esto subiectus. in fine. 93. distin. & quæ tradit Imol. in. c. nouit. col. 2. de ijs quæ fi. à prælat. & plura de imprudentũ consilijs requirẽdis, vide per Cassan. in catal. glor. mũdi. 11. parte, cõsid. 9. & an credatur Decurionib⁹ in suis arbitrijs, vide per Tiraquel. de retractu linagiel. §. 4. gl. 1. n. 8. pag. 322. & not. quòd potest maior pars capituli inuita minore admittere aliquos ad consulendũ. secundũ Comp. & Abb. in c. scriptũ. de electio. secutos per Lancelotũ, de instit. canoni. titul. de electio. §. per compromissum. gloss. omnium.

CAPVT

CAPVT QVARTVM.

Quis eorum primò loquatur.

SVMMARIVM.

Ordo votandi & loquendi in Senatu Romano.num.1.

Iure ciuili antiquius receptus vocem dabat.num.2.&.7.& nu.3.& 10. quod hodie in consilijs & audientijs aliter fit.

Magistratus authoritas valet ad coercendū verba superflua Rectorum. nume.4.

Honoratis licet orare quo vsque maluerint.num.5.

Decurio si non rogatur an debeat petere licentiam ad loquendum.nu.6.

Honoris signum loqui & votare primo.num.7.

Senectus venerabilis est.num.8.

Senior ætate præsumitur maturitate præstantior.num.9.

Ius honoris propter officium concilij vel collegij non datur nisi existente in actu collegij.num.11.

Obiectus propositus Decurioni an impediat illum votare.num.12.

Clausula si,& inquantum de iure est,quid operetur.num.13.

Electus & nominatus per Decuriones ad officium an admittatur ad exercendum illud si aliquid ei obijciatur.nu.14.& ibi an per appellationem impediatur officium exercere.

Decuriones eligentes scienter inhabiles an priuentur pro ea vice potestate eligendi.num.15.& ibi cautela ad hoc.

Electus impeditus nè confirmationem obtineat, ansumptibus officij vel Prælati prosequi id poterit.num.16.

1 Alia quæstio succedit præcedēti,quis primò ex Decurionibus dicat sententiā,vel vocem det, & vt nihil Antiquitatis ignoretur est sciendum quòd in Senatu Romano [a] post Consules erat aliquis Princeps,† quem rogabat Cōsul prius sententiam dicere,post hunc rogabat,quem volebat,dum tamen is, qui rogabatur esset de ordine consulari, & cum primò rogasset Crassum,postea rogauit Pompeium generum suum, addit Suotonius in vita Cæsaris,quòd ille qui Kalendis Ianuarij rogabatur per totum annum erat primò rogandus: quem ordinem Cæsar peruertit,quia rogauit Pompeium,cum anteà rogasset Crassum.

b Posteà superuenit ius ciuile, [b] quod antiquius receptus primus
2 † sententiam diceret & ferret.l.spurij.§.penul.ff.de Decurio.& sic obseruatur & est æqua consuetudo, quòd eodē modo, quo se
3 dēt, dent voces & sententiā proferant. Aliter fit in cōsilijs & Audientijs Regalibus, † vbi posterior in ordine, & vltimo receptus sit primus in sententia & voto, & an ista consuetudo sit vtilior quàm ea, quæ de iure erat statuta de sententia proferenda per antiquiorem, adhuc est maxima inter prudentes concertatio: fortè antiquiori tēpore votū incipiebat à minori, quia legitur Esther. c.1. quòd Darius accersiuit septem Principes & sapiētes, & ab ijs quæsiuit de pœna infligenda vxori suæ Vasthi, quia nō obtemperauit Regio præcepto, dicitur ibi, ꝙ vltimus primò protulit sententiā. Et in hoc voto & sententia dicenda non est taxatus vel limitatus terminus, quia consiliarius auditur, & non imponitur ei silētiū donec velit loqui, & sic fiebat Romę, quia vt scribit Aulus Gellius de nocti. atti. lib.4.cap.10. quòd erat ius Senatori vt sentētiā rogatus diceret ante quicquid velit alterius rei, & quoad vellet. Sed ad resecanda & coercēda superflua verba valet Authori
4 tas Magistratus, † ad quod est gloss. notab. in.l.quisquis.C.de postul. vbi dicit tex. quòd honoratis licet orare quousq; maluerint,
5 † dicit gloss. Sed nunquid hoc est verum, si tota die vult dicere, Respondeo, quòd iudex imponit ei modum, alleg.l. proximè.ff. de ijs quæ in test. del. Si tamē Decurio nō rogatur an debet pete-
6 re licentiam ad loquendum, † vide Bald. qui dicit quòd sic, in.c.1. de iudicijs.

ADDITIO.

a [Romano.] Vt optimè per Francisc. Hotoma. de verbis iuriș in fine sub titul. de Senatu.c.6.

b [Ius ciuile.] Attento tamen ordine naturæ & negotiorū experientia, Seniores prius loqui deberent, & votū præstare, tū quia
7 maximum signum est honoris † in eo, qui primam vocem habet, & primo debet loqui & qui dignior est, primò votum dare debet, secundum Præposi. in cap. Episcopos. colum.2. dist.17. & melius gloss. antiqua, in Regulis Cancellar. Iulij secundi. 6. parte primæ Regulæ, folio paruo.81. notat in propositum Auenda.cap.19. Prætor. nume. 14. versic. votum autem dabit. libr. 1. & Auiles.cap.44. Prætor. gloss. 1. num.1. Seniores autem digniores sunt, & sic corā eis iuniores assurgere debēt. Sapiētiæ enim.4.
8 habetur, quòd senectus venerabilis est, † & sic Iureconsultus in

quit, in

quit, in ciuitate nostra senect⁹ semper venerabilis fuit. l. semper in ciuitate. ff. de iure immun. & semper antiquos esse honorandos, inquit Barto. in. l. 1. ff. de albo. scrib. & in. l. 2. C. de decurionib. lib. decimo. Canonist. in cap. statuimus. de maior. & obed. Imò absurdum est & iniquum nouos & sic Iuuenes antiquis preferre, tex. in cap. statuimus. in princip. 61. distinct. & refert Aulus Gellius nocti. Attica. libr. 2. cap. 15. in initio, mores antiquorum Romanorum circa honorem senum: tum etiam quia qui est ætate maior † præsumitur maturitate sensus præstantior. capit. nisi cum pridem. §. alia vero causa. de renunt. In antiquis enim est sapientia & in multo tempore prudentia, Iob. 12. & sic eorum prouerbia sunt attendenda. l. si chorus. §. 1. de legat. 3. gloss. in cap. cũ in iuuẽtute. de præsum. & pro eis præsumitur præsertim quantum ad castitatem, tex. in cap. fraternitatis. 34. distin. & sic seniores sunt potius interrogandi, & cõsulẽdi, quã iuuenes. c. fi. 20. distin. plusq; valet vmbra senis, quàm eloquentia, aut gladius iuuenis, secundũ Bald. in. c. 1. de renũt. & in. l. cum antiquioribus. C. de iure delibér. Felin. in. c. 1. de maio. & obed. latè per Iasan. in. l. dũ quid col. pen. & vlti. ff. si cert. pet. Cassan. in cõsuet. Burgund. in Procemio in glo. de nostre cõseje. & in glo. ordomie. Et sic aduocati seniores præferuntur iuuenibus, secũdum glo. 2. l. prouidendum. C. de postulan. pro causisque decidendis seniores sunt consulendi. capit. de quibusdã. in fin. 20. dist. & antiquorum sentẽtia in dubio est præferenda & amplectenda, cap. Domino sancto. in fine. 50. dist. & iuuenes antiquis pro eorum eruditione sunt tradendi. cap. omnis ætas. 12. quæst. 1. & ad ipsos mittitur pro habendo iuramẽto. l. ad egregias. cum glos. 1. ff. de iureiur. & ipsis in testimonio magis creditur, gloss. & Doctores in. c. licet ex quadã. de testib. & apud eos claues, & instrumẽta omnia debẽt custodiri. l. fi. de fide instr. l. eum potest. §. patre pluribus. de leg. 2. l. si quę sunt sanctiores. ff. fam. hercisc. & ideò seniores primã vocẽ habere debẽt, iuxta illud Ecclesi. 32. Loquere maior natu, decet enim te, & post alia sequitur de adolescente, in medio magnatorũ loqui nõ præsumas, & vbi sunt senes non multum loquaris. & not. Bald. per tex. ibi in. c. 1. de contro. feud. inter pares termi. Specul. tit. de aduocato. §. iam nunc videndũ. vers. porrò. & in cõsilijs dandis de iure senior primo loqui debet, ex tex. in. d. c. 1. de cont. feud. apud par. & facit tex. in. l. fi. C. de Tyroni. lib. 12. & in. l. 2. C. de primicer. & in. l. 2. C. de præf. præt. eod. lib. 12. hæc tamẽ licet

 ita sint,

10 ita sint, apud Dominos tamen † de Rota non seruantur, imo Iuniores prius vocem & votũ præstant, vt inquit Nicolaus de Lyra, super Exodo. c. 27. in glo. in versic. nec in iudicio. & sic practicare aduocatos Palatij Parisiensis in collationibus, inquit Cosmas Gumiel in suis glossis ad pragma. sanctio. 1. tomo, tit. de author. concil. §& nẽ de eiusdẽ, glos. pręsenti in fi. & in cõsilio Neapolitano idem seruatur, vt per Afflictis, decis. Neapol. & in Lusitano, vt per Gamã, in decis. Lusitana. 1. n. 11. vbi annectit rationẽ, scilicet, nẽ minores formident declinare à sententia maiorũ, quod facilè esse poterat, si maiores primò dicerent. Itẽ quia in honorabili Senatu, vltimus, qui votum edicit, siuè in causis expediẽdis per tres aut quinque Senatores, aut plures imparis numeri, semper vltimo loco votans, maiorẽ numerũ votorum conficit, quo considerato causa expeditur. Cur igitur, obsecro. vltimam manum imponet Iunior consummationi operis & forsan maximi ponderis: & sic idem in nostra Hispania idem in Regijs consilijs pro uidetur & habetur ex dispositione textus. in. l. 6. titulo. 4. libr. 2. Recopil. Hæc tamen in Collegijs & cõcilijs, de quibus tractat noster Author, & vbi non de causis decidendis est agẽdum, sed de Regimine & ornatu ciuitatũ & collegiorum penitus diuersimo dẽ seruantur, tũ quia dignitas primæ sedis, tum & primæ vocis & honor eius nõ à Senioribus & antiquioribus ætate, sed à receptis antiquius prius petitur & datur: ita quòd secundũ prærogatiuam antiquã sedendi voces præstantur, nulla differẽtia adhibita sine nẽ Seniores, vel Iuniores illi, qui pri' recepti sunt, prout Author hic inquit, & in Capitulo fratrum Sancti Ioannis Hierosolymitani, idem obseruari testatur Gama, vbi supra, nu. 13. & sic in ijs inquit Auiles cap. 44. Præt. glo. 1. nu. 1. habere locum Regulam, qui prior est tẽpore potior est in iure. & Petr. Pekius in. c. qui prior. de regulis iuris. in sexto. In ijs tamen plurimũ operantur consuetudo, vel statuta conciliorum: sunt tamen supradicta intelligenda, quoties illi, qui habent votare, sunt in actu Concilij & collegij, secus verò aliàs, nam ius honoris, processionis & vtilitatis

11 nõ debetur cuilibet de collegio † non existenti in actu collegij, secundum Lãbertinum de iure patronatus. articul. tertio. quæst. quartæ principalis lib. tertio. num. 3. Est tamen quæstio singularis, quid si quis ex Decurionibus concilij, aut capitularibus Capituli volens votare, obijciatur contra eum, quòd ex aliqua causa

12 non potest votare, nec præstare votum, quid fiet † nẽ tempus in hoc la-

hoc labatur, quia forte probationes non sunt præ manibus, & in hoc dicendum est, admittẽdum esse ad votandum, cum clausu la illa, si & inquantum de iure valeat, nec nocebit nominationi, si postea appareat nõ habuisse ius votandi, secundum Abb. in ca pit. Cumana. de electio. & Cæpola cautela. 232. dixi in l. 2. num. 12. & 13. titulo. 7. lib. 3. Recopil. clausula enim illa, si & inquantum de iure locum † habeat, hoc operatur, vt si ex rationabili 13
causa appareat vitiũ esse obiectum, nihil prosit votum, secus verò aliàs, ex dictis per Roman. consil. 501. colum. 2. Felin. in capit. cum contingat. colu. penult. de offic. deleg. & tenẽt alij relati & secuti per Marant. in pract. titu. de appellatio. nume. 200. Sed an idem erit in electo & nominato per Decuriones ad aliquod of-
ficium †, vt quia contra ipsum objiciatur inhabilitas aliqua ad of 14
ficium illud obtinendum & exercẽdum, an debeat statim suspen di ab administratione, & in hoc Auend. cap. 19. prætor. num. 23. in fine. lib. 1. inquit, quod videatur Specul. in tit. de censib. §. nunc vi dendum, qui in nu. 16. inquit, quod si electus inchoauit exercere nõ debet remoueri, sin minus nõ debet admitti, neque possessionẽ capere, sequitur Lãbert. de iure patro. 12. art. 5. quæst. principalis 2. partis. 2. libr. num. 2. fol. 141. & vide Rebuff. in. 1. tomo constit. Franciæ. tit. de senten. proui. in præfati. nu. 130. Quid tamẽ erit si electus quis est & cõfirmatus à superiore, an per appellationem alicuius impediatur capere possessionem, vel exceptio criminis opposita erit impedimento, & dicendũ est quod non impediẽt electum & cõfirmatũ possessionem capere, & hoc illa ratione, quia possessio est quid facti, & effectus consecutiuus iuris præcedẽtis, ideò nimirum si de facili non differatur propter exceptionẽ vel appellationem interpositã, vt vult text. in c. constitutis. el. 1. de appellat. & ibi omnes teste Lamber. de iure patro. 3. art. 6. quæst. princ. 2. partis libri. num. 8. fol. 142. in actibus enim consecutiuis non datur attentatio, & sic non dabitur post confirmationẽ Canoniæ, vt per Lancelotum, de attẽtatis. 2. parte. cap. 12. limit. 40. vbi num. 11. tractat an post collationem Capellaniæ tradere possessionem sit attentare: & inquit quòd sic, & quod ita Rota pronuntiauit, prout & ibidem in 49. limitat. princip. pagin. 269. iterum repetit ipse Lancelot. & inquit Lamber. de iure patronat. in 5. artic. 11. quæst. princ. 2. partis. 2. lib. fol. 172. aliud volentem in num. 2. esse corruptum in litera, nam dum dicit, non habet impẽdire, abũdat illud, nõ, & debet dicere habet impedire, & re vera

 ita est

ita est & colligitur ex dictis in præceden. in art. illo.5. & in fine articuli præcedentis,& ex ijs,quæ ipsemet Lambert. prius dixerat in eodem tract,in.d.3.artic.6. quæst.princip.secundæ partis, libri.2.num.8.fol. 142. vbi inquit supradicta locum non habere in prouisione,& collatione,in qua exceptio, vel appellatio opposita bene impediet,nè prouisus habeat possessionē, ex Innoc. Anto.& ibi Doctores in cap.penult.de causa poss. & prop.& in capit.accedens,de accusationib.& sic aliud erit,secundum Lambert.dict.nu.8.in exceptione criminis opposita, & in appellatione itidem opposita ad confirmationem, & aliud si ad collationem vel prouisionē opponatur, & rationem differentiæ,ibidem annectit,scilicet,quia in cōfirmatione citatur pars vel saltim per edictum fit citatio generalis,ex cap.fi.de electio.in.6.vnde verisimile est,quòd si quid erat discutiēdum iam fuisset discussum in confirmatione,& ideò exceptio posteà opposita,videtur calumniosè opponi nè iste habeat possessionem,sed in collatione,licet illa habeat vim electionis & confirmationis simul,vt voluit glo. in.capi.1.de electio.in.6. tamen non requiritur illa citatio, nec propositio edicti,quæ requiritur in confirmatione,gloss. cōmuniter approbata,ca.fin.de electio.in.6. & ideo magis de facili volens opponere admittitur antequam tradatur possessio, quia nō potuit contradicere in collatione,ita Lambert.dict.nu.8.ex Præposi.in dict.cap.constitutis.col.3. versic.nota ex tex. de appellationib.velut inquit Lancelotus in.d.limit.40.nu. 13. dic & melius quòd in casu confirmationis factæ; sumus in actu consecutiuo facto post appellationē, scilicet traditionis solius possessionis,ideò nimirum si nō impediat exceptio vel appellatio opposita,sed in collatione vel prouisione facienda sumus in ipso actu institutionis,& vtique adeptio possessionis in eo casu nō potest dici consecutiua,cum eodem tempore videlicet post appellationem,& antecedens scilicet ipsa institutio, & consequēs scilicet ipsa possessio explicentur, & sic non sumus in actu consecutiuo solius possessionis,sic & in capellania,si lite super ea pendēte inter duos presentatos feratur sentētia pro vno,à qua est appellatū, tūc quia post sentētiam debet interuenire collatio, & post collationē,adeptio possessionis, ideò nimirum si appellatio impediat possessionē,& hoc est ꝙ dicti Doctores in effectu volunt,sed in casu proposito nostro,dū ex vi renuntiationis, vel ex motu proprio Princeps cōcedit alicui officium Decurionatus, nihil aliud

restat

restat nisi capere possesionem, quæ tunc actus cõsecutiuus dicitur, ideò nimirũ si per oppositionem exceptionis, vel appellationis non impediatur, quæ nota quia non sic considerata reperies. Sed an Decuriones eligentes † scienter inhabilem pro ea vice 15
deuoluatur ius eligendi ad Dominum loci, vel ad alium superiorem, & Ripa in tract. de peste, tit. de remedio a 1 confer. vber. n. 197. cũ seq. aliquibus, inquit, quòd licèt videatur, quòd sic ex tex. in cap. cum in cunctis. §. clerici. & cap. Innotuit. de electio. & ibi idem in patronis scienter indignum præsentantibus, & in postulantibus esse dicit, de quo latè per Lamber. de iure patr. art. 4. 10. quæst. prin. 1. partis. 2. libri. fol. 92. & per Peraltam in l. cum quidam. n. 3. ad fin. de lega. 2. pag. 267. vbi declarat an præsumẽdum sit scienter elegisse, & iterum ibidem num. 17. pag. 278. Tamen quòd in nostro casu aliud sit dicendum, quia nulla lex est, quę talem pœnam imponat, vnde nec nos impositam fuisse dicere possumus, secundũ gloss. in cap. fi. de iure patro. pro qua allegat ipse Ripa in nume. 199. text. in l. at si quis. §. Diuus. ff. de religion. & sump. funer. & in. §. optimum. in authentic. de nõ eligen. secun. nub. & istud maximè verum esse dicit Ripa ibidem. nu. 200. si aliqui ex ordine Decurionũ electioni non consensissent, quia tunc ad eos, non ad superiorem, deuoluitur ius eligendi, iuxta tradita per Panormitanum post alios in cap. dudum. & in cap. cum Vintonensis. notabil. 1. per illum textum. de electionib. & illi, qui nõ consenserunt, poterunt nouos idoneos eligere, & si placuerit se cum ad electionem faciendam poterunt omnes admittere, dict. cap. cum Vintonensis. & ibi Abbas notabil. secundo. & sic ad tollendam omnem dubitationem, inquit Ripa, cum dubitatur, nè in electione generetur eligentibus aliquod præiudicium, Cautela salubris erit, quòd aliqui contradicant, ex quorũ contradictione, ius Collegij conseruabitur, quæ est optima & singularis cautela, & allegando Rip. & alios sic voluit Auenda. dict. capit. decimonono Prætorum. num. vigesimo secundo. versic. si ergo nominauerint. cum sequẽtib. lib. primo, In expensis tamen solent condemnari malè eligentes, vt dico infra isto lib. cap. decimosexto. num. nono. Et an electus, contra quem opponitur, nè confirmationem obtineat, an posit se defendere de sumptibus prelaturæ,
†, vide Lambertinum de iure patronatus. 14. articul. vndecima 16
quæstione principali, tertiæ partis, secundi lib. num. vndecimo fol. 215. in nouis.

CAPVT QVINTVM,

An sint absentes vocandi.

SVMMARIVM.

Absentes quando vocandi. num. 1. & in additione.
Qui dicantur absentes. numero. 2. & an existentes in suburbijs. numero. 3.

a 1 DE more & consuetudine Regni non vocantur absentes a † etiam si sint in eadẽ ciuitate, si tamen contingat casus arduus & importantiæ, tunc magistratus potest vocare eos, qui sunt in ciuitate, vel comitatu, vt optima sit sentẽtia, quæ plurimorum consensu confirmatur. In locis autem vbi non sunt Decuriones, debẽt vocari omnes, & sufficit congregari duas partes, b & quòd maior pars b facit, debet valere. glo. & ibi Doctores plenè in. l. aliud. §. refertur. ff. de regul. iuris.

ADDITIO.

a ¶ Circa materiã istius capituli, Lucas de Penna in. l. nominationum. C. de decurionib. libr. 10. relatus & secutus per Auenda. c. 19. Præto. num. 14. versic. secundo debet inspici libr. 1. & Franc. Marcus, decisio. 1032. num. 1. cum sequen. inquiũt, absentes esse vocandos, quando non sint saltim extra territoriũ, vel in longinquo, vt & colligitur, ex. l. 10. colum. fin. titul. 14. part. 1. seruato de citatione absentium eo, quod statuto, vel consuetudine introductum est, nam illud seruabitur, etiam si consuetudo talis non vocandi absentes sit tantum longi temporis, secundum Puteum, in decisio. suis lib. 2. decisio. 12. Noster verò Author in cap. 7. infra isto libr. inquit quòd in Consilijs Hispaniæ de cõsuetudine non est necessaria citatio absentium, quia ius vniuersitatis remanet apud interessentes, & eis accrescũt voces absentiũ, secundũ Bertachi. in tracta. de Episcopo. tertia parte libri primi. numero. 26. & infra hac gloss. additione repetemus, licet alij sint absentes & impediti, & hoc est verum & iuri conforme, nam & in materia etiam canonica & Ecclesiastica, & sic in capitulis Ecclesiasticis, idem est, ex text. in capitul. cum in Ecclesijs. de præbendis. in. 6. quem ad hoc expressum dicit Oldrad consil. 259. impugnatur

tur electio,& sic inquit ibi num.6.quòd consuetudo non vocādi absentes etiam de iure Canonico decem annis præscribitur,vt di xit Puteus vbi supra,eò quòd secūdum iuris dispositionem,nunquam absentes sunt vocādi nisi in casibus à iure expresis,ex glo. ipsorum in cap.præsentium.de testib. in.6. quam sequitur totus mundus & quotidie ad eam recurrit, secundum Ias. in.l.placet. nu.13.C.de sacrosanct. eccles.& cōmuniter approbatur, vt diximus in.l.2.nu.36.Regula.8.tit.1.lib.2.Recopil. vbi casus iure expressos remisiuè retulimus,quorū quatuor sunt principaliores, scilicet in electionibus,ex cap.corā.& capit.quòd sicut.de elect. & in cessatione à diuinis,vt in cap.quāuis.de offic.ordin.in.6.in versic.prout.itē in receptione & collatione.de qua in.d.cap.præsentium,quos quatuor refert Oldrad.vbi supra,& Abb.in cap.fi. de maior.& obed.& Rationē assignat idem Abb.in cap.2.n.10. de noui oper.nunt. quia causæ hæ arduæ sunt, secundum glos.in cap.1.de ijs quæ fiunt à maio.par.cap.glos.in cap.omnes.de constitut.Sed an idem erit in alijs arduis causis in iure non expresis, duas communes contrarias refert Andr.ab Exea,in.d.capit.cum omnes.num. 218. Verum enim verò tenenda est & sequēda illa communis Regula dictæ gloss.in.d.cap.præsentium.scilicet,vt si expressæ in iure non sint illæ aliæ causæ, quantumuis sint arduæ, non vocabuntur ad earum expeditionem absentes, nisi aliud de consuetudine vel statuto habeatur receptum, & hoc tutius esse testatur Imol.in cap.1.de ijs quæ fiunt à maio.par.cap.col.6.versic.& istā differentiā, de quibus & tractant Doctores præsertim Felin.num.22.in.d.cap.cum omnes.de constitutio. & Additio. Bart.in.l.2.C.de decurio.lib. 10.vbi nu. 4. dicitur quòd si negotium tractandum resultat in absentium præiudicium,vocādi sunt absentes ij,& consensus eorum requirendus,vt in capi.cum omnes.in glos.de constit.not.Benedictus Capra,in cōmunibus suis opinio. verb.Capitulum.& additio eiusdē Bart.in.l.nominationum.C.de decurionib.lib.10.de quibus remisiuè fecit Regulam & fallentias,Ioā.Gracian.in suis Regulis & fallent.Regula.490. Valebit tamen consuetudo non vocandi absentes etiam in casibus in iure expresis,secundum Franc. Marcum,decisi.1032 nu. 7.part.2.etiam si tantum sit lōgi temporis,vt in hac additione remanet dictum.Imo & in casibus in quibus absentes sunt vocādi, non vocabūtur nisi illi,qui sunt intra prouinciam,ex cap.coram. de electio.notat Alexan.consil.91.nu.7.in fin.lib.7.dum tamen

prouin

prouincia non sit lata, ex tex.in capit.quia propter.de elect. not. Ripa,respōso.29.electus à maiori.& Francisc.Marcus dict.decisio.1032.nu.5.& 6.Et sic collatio Beneficij, quæ debet fieri cum consilio Episcopi.potest fieri eo agēte in remotis,ex text.in.c.1. nē sede vac.in.6.not.Deci.in.l.cum fili⁹ fam.col.2.ff.si cert.peta.Et de canonicis vocandis,& quādo sunt absentes & in quo loco & qua citatione citari debeāt. vide satis pulchrè per Felin.d.cap.cum omnes.col.12.in fine.cum sequēt.de constit. & Bertachi.de episcopo.3.parte.lib.1.quæst.7.num.9.vsque ad.14.& in quæst.17.tradit an sit apponenda hora in qua debet electio fieri. Et in lib.isto in capit.2.libri proximi diximus an sufficiat citatio & vocatio generalis vel specialis requiratur in additione mag-
2 na.Et qui dicantur absentes in hac materia †, dicendū est, quòd absentes dicūtur ij,qui non faciunt residentiā in loco vbi est Ecclesia,vel cōcilium,secūdum Abb.in cap.inter vniuersas. de electio.& sic qui in ciuitate non existūt,vt inquit Felin.in cap.cum omnes.nu.21.de constit.& Fran.Marcus dict. decisio.1032.nu.2. & Decius col.6.versic.tertia cōclusio.in dict.c. cum omnes,existentes tamen extra ciuitatem nō sunt vocandi nisi in casibus à iure expressis,vt in collationibus,vt dictum est supra,nisi periculum esset in mora,eo quòd timeretur prouisionem faciendā per superiorem,nam tūc etiam in collationibus & casibus in iure expressis non essent vocādi absentes à ciuitate, secundum gloss.in pragma.sanctio.tit.de collationib.§.item visum.versic. non valeant.charta 88.& Aymon.Crauera,consil.88.nume.18.volu.1. Et sic existentes extra ciuitatem absentes dicuntur & per consequens,qui in castris existunt,absunt,secundū Francisc.Marcum in dict.num.2.Vidi tamen in facti contingentia dubitatum,num
3 quid ille,qui viuit in suburbijs vel propè † ciuitatem reputabitur absens vt vocari nō debeat,vel an reputabitur acsi esset in ciuitate vt vocandus & requirendus sit, & in hoc adfuit perplexitas & indecisum relictū per aliquos fuit dum non reperirent casum determinantes. Ego tamen quid tūc reperi & allegaui in medium proponam, & pro parte negatiua quòd tales in suburbijs demorantes absentes dicantur, ita quòd non debeant vocari tanquam absentes nisi in casibus à iure expressis,facit primò, nā vt dictum est absentes in hac materia dicuntur qui nō habitant in ciuitate: Secundò quia ciuitatis appellatione ea,quę muro circundantur, continentur,ex.l.2.ff.de verbo.signi.quam ibi Rebuf.pagin.2.secunda

cunda ampli.inquit procedere in qualibet ciuitate, vt muris etiã finiatur, sicut vrbs, ex.c.si ciuitas, de sentẽ. excom. in.6. eò quòd vrbs & ciuitas pro eodem capiuntur.l.singularũ.C.de ędif.pub. vbi Imperator primò nominat vrbem, posteà ciuitatem, & idem facit.l. præscriptio.C.de oper.pub.ex quib' Rebuf.vbi suprà plura infert, & tradit Franc.Marcus, decis.365.& Couar.in cap. Almamater.2.parte.§.1.versi.septimo, de sentent. excõ. in.6.neq; cõtinẽtur suburbia nisi vbi dispositio inutilis redderetur, ex dict. cap.si ciuitas, iuncto eius cõmuni intellectu. Item & tertio quia non vocari vtile est Ecclesiæ, nè differatur actus agendi, & expediendi executio, vt notat Oldrad. dict. cõsil.259.impugnatur electus, in ijs tamẽ quæ nõ fauorabilia essent Ecclesiæ appellatione ciuitatis non comprehendũtur suburbia secundum dictos & Felin.in cap.Rodulphus, nu.7.de rescript. Pro contraria vero parte imò quòd existentes in suburbijs sint requirendi & vocãdi, facit quia appellatione ciuitatis suburbia continẽtur.l.ædificia. l. qui continentibus.147.ff. de verbo.signifi. Secundo quia in materia indifferenti, vbi potest verti damnum & commodum suburbia continentur ciuitatis appellatione, secundum Felin.vbi suprà. Fauor autem & commodum Ecclesiæ sic potest verti in vocando existentes in suburbijs, sicut & damnum si non vocentur, igitur. Item quia secundum statum, qualitatem, ac cõditionem loquentis, vel actus gerendi suburbia comprehenduntur, aut nõ, vt per Couar.vbi suprà versic.nono, Mens tamẽ dispositionum ꝙ præsentes in ciuitate vocẽtur, datur tamen circa vocationem qui in suburbijs ciuitatis degunt & morantur, igitur. Itẽ qui propè ciuitatem est, in eadem adesse ciuitate dicitur, ex.l.præsens cum seq. ff.de procurat. suburbia tamen propè ciuitatẽ sunt, quia sub vrbe esse dicũtur, & suburbia vocãtur etiam si media sit via inter ciuitatem & continentia eius, secũdum Bald.relatum & secutũ per Menochium infra allegandũ, igitur habemus intentum, ex quibus in propositum nostrum inquit singularissimè Bald. qui nihil intactũ reliquit, is enim in dict.l.præsens.ff. de procur. infert ex l.illa, quòd in materia vbi absentes à ciuitate non sunt vocãdi, si sunt propè ciuitatem vocãdi erunt & requirendi refert & sequitur Franc. Marcus, in decisione Dalphin.365.numer.40.& hoc voluit lex.10.titu.14.par.3.colum. fin.ibi, *seyendo en tal lugar*, & propius accedendo, ita tenet gloss.in pragmat.sancti.tit.de collatio.§.item voluit, in gloss. absentia, dicẽs absentem esse illum,

qui non

qui non est in ciuitate, vel in continentibus & suburbijs eius, ex text. in dicta. l. præsens. & ex. l. absentem, expressa ad hoc. ff. de verborum significatio. ibi, sed si forte extra continentia vrbis sit abest. Cæterum vsque ad continentia non abesse videtur si nō la titet, ecce ergo tex. expressum pro hoc, & tex. in. l. 6. tit. 33. par. 7. & sic absentes dicuntur Cardinales quoad Papæ electionem, qui scilicet extra ciuitatem sunt vel continentia illius vbi Papa mortuus est. c. vbi periculum. §. 1. de electi. in. 6. notat Rebuff. in dict. l. absentē, versic. sic absentes, vbi hoc applicat ad consiliarios ciuitatum & Populorū, vt absentes à ciuitate vel continentibus eius dicantur abesse ita vt vocari non debeant, nisi in casibus à iure expressis, & in versic. ad hæc absens, idem dicit quoad canonicos, nisi sint habitantes vltra mare, vel vltra flumen ciuitatis, nā tunc non reputantur adesse in suburbijs & continentibus ciuitatis, secūdū Rebuff. in. d. l. absentē. per tex. ibi. ex quibus inquit Rebuff. ipse in. d. l. qui in cōtinētibus, ꝙ suburbanus habitator potest ad officia recipi ciuitatis quæ tū tunc iudicabūtur suburbia, vel prope ciuitatē quē adesse arbitrio iudicis relinquitur, secundū glo. d. prag. sanct. in loco supra proximè allegato, arg. l. 1. ff. de iure deli. l. continuus. ff. de verb. obliga. & notatorum per Host. in. c. relatum, de sentent. excōmu. & Archid. in cap. 2. de test. in. 6. nam & quę dicātur suburbia verius est arbitrio iudicis relinqui, secundū Couarruuias, vbi suprà, in versiculo quæ verò, & Menochiū, de arbitrar. iudic. libr. 2. cent. 2. casu. 155. nu. 13. Sic & propè quem esse, vel non, itidem iudicis arbitrium versatur, eò quòd denotat aliqualem distantiam, secundum eund. Menoc. vbi suprà. casu 57. num. 30. libr. 2. cent. 1. & Bertachin. in repertorio, verbo, prope, & sic bonus iudex arbitrabitur, an esset in tali loco vt facile posit adiri vel non, consuetudo tamen multum circa hæc operabitur, secundum Franc. Marcum, vbi suprà num. 30. ex text. in cap. cum in Ecclesijs. 33. de præben. in. 6. & fundamentis primæ opinionis, ex dictis in secunda remanet satisfactum, quæ omnia notabis tāquàm & singularia, & per aliquē non adducta. Est tamē verum ꝙ electio facta nō vocatis absentibus, vbi vocandi erant, non est inualida, sed valida potius, si non vocati non prosequantur contēptum, & sic ipsi tacitè, vel expressè, si voluerint, poterunt eam ratificare, secundū Ripam vbi supra. & suprà lib. præcedente, in cap. secundo. nu. 6. & 7. & optimè per Frācīscum Marcum, decisione. 1371. in fine, vbi limitat, nisi electio sit nulla, puta

quando

quando maior pars contempta est, secūdum eundem,in decisio ne.1340.num.2.& alia diximus infra isto libr.cap.14.nu.3. cum sequentib.aliquibus; veruntamen ille,qui præsens est, licet non vocetur,non agit de contemptu,capit. quia propter, de electio. not.Lamberti.de iure patrona.libr. 2.partis. 2.artic.11.6.quæst. princip.nu.4.& sequent. Asinius in praxi ciuili.§.7.cap.5.limit. 90. & in cap.14.n.3.cum duobus sequent.infra isto lib.vide alias declarationes.Sed an si absentes vocati sint contumaces posśint de benignitate expectari,dic q sic,ex voluntate tamē præsentiū, vt per Bertachinū in tract. de Episcopo.3. part.lib.1.quæst.18.n. 29.Et an si quis renūtiat suæ voci posśit illā reassumere,dic q sic, secundū glo.& Bald.in dict.cap.licet.nu.11.&.12.de electio.q intelligo re integra,id est,ante quā fiat electio, secus ea facta & perfecta,ex dictis per Cardina.in cap.in causis.n.7.de electio.& text.est ibi,& in cap.ad Apostolicā.de regular.probātes q potest quis suæ voci renuntiare.Et quid in electione Papæ,vide text.& ibi gloss.decem,in cap.vbi periculum.§.hoc sacro. de electio.in sexto.vbi circa Pontificis electionē & absentiam Cardinalium plures quæstiones proponūtur per glossam & Doctores ibi, & per Lancelotū,vbi sup.§.sed hæc quidem.Et quid si tempore citationis & vocationis nō adesset quis in loco, vbi citandus & vocādus foret,electionis autem tēpore esset reuersus & præsens in loco vbi vocādus aliàs erat an vocari & citari debeat, & citari eū nō oportere,dicebat Specul.tit.de electio.§.1.&.tit. de via seru tinij,in principio.n.4.sed cōtrariū tenet & melius Marcus Antonius Cucho,de institutio.canonicis.lib.4.tit.1. de electio.n.71. & quid si vocatur non vocandus,neq;expectetur,an noceat electioni,dic quòd non, vt not.in ca.cum inter vniuersas. de electionib.

[Maior pars.] Congregatorum intellige,vt supra lib.1.cap.2. in additione diximus. b

CAPVT SEXTVM,

Quot modis possunt votare & dare sententiam.

SVMMARIVM.

Vota & sententiæ antiquitus duobus modis ferebantur.nu.1.

Hodie quomodo exquiratur vota.nu.2.& .3.declaratur.

Plures

Plures modi & formæ electionum remißiuè.num.5.
Vota an per literas poßint præstari.num.4.
Consensus in actibus capitularibus an debeat præstari collegialiter. numero.6.

1 HIC subiungitur alia quæstio, de modo sententias proferendi, nā antiquitus, vt dicit Aulus Gellius, de noct. Atticis, libr. decimo quarto. cap. septimo. Duobus modis † ferebantur, aut conquisitis votis, aut per discessionem, nam quādo res dubia erat, singulorum sententiæ conquirebantur incipiēdo
a vt supra dictum est. [a] Si autem non requirit causa vota omnia exquiri, fiebat per discessionē. putà discedēdo de loco vnde erat Senator, & accedendo ad locum vbi erat, qui sententiam protulit,
2 cui consentit, & hoc erat, pedibus in sententiā ire: hoc hodie † per discessionē non fit, sed singulorū sententiæ exquiruntur, & in causis dubijs est optimum scire rationes singulorum. sed quando non incidit casus dubius, sufficeret quòd primi proferant
b sententiā, & cæteri adhæreāt sine repetitione [b], & multiloquio, quæ aliquo plus iusto occupant frustra tempus, quòd per prouidentiam, & authoritatem Magistratus, qui præsidet, potest com-
c pesci. [c]

ADDITIO.

a [Dictum est.] In capit. 4. huiusmet libri secundi.
3 b [Repetitione.] Idque quando publicè tractatur negotium † de quo agitur, si verò secretè & per vota singulorū, secretè primus votat, & deinde omnes alij eodem secreto modo vota proferūt.
4 Et vota non sunt danda † per literas, secundum Frācíscum Marcum, decisio Dalphi. 1030. nume. sexto. & an scripto per Boeriū decisio. 1. neque conditionaliter sunt proferenda in electionib9, secundum eundem Francisc. Marcum, decisio. 1156. numero. 1.
5 & plures modos & formas votandi in electionibus † & faciēdi electiones, vide per Speculat. in titul. de electione. §. 1. & §. 3. & Anto. Cuchio, in de institutio. canoni. tit. de electio. per totum, maximè, num. 191. cum sequent. & per Bertachinum remissiuè in suo reperto. verb. electio qualiter & quādo. & per Lācelotum de institu. cano tit. de electio. §. celebratur autem electio. cū tribus sequentib. & in propositū dictorum per Authorem, hic, vide Hotomanum, de verbis iuris. in fine. sub titul, de Senatu capi. 6. per

6.per totũ. & an in electionibus & actibus capitularibus debeat cõsensus † præstari collegialiter, vide Franc.Marcũ, decis. 1030. 6
[Compesci.] Argumẽto gloss.in.l. ex eo.ff.de postulan.de quo dixi in.l.4.num.1.tit.16.lib.2.Recopilationis.& supra lib.1.retulit ipse author.

CAPVT SEPTIMVM,

An Decurio absẽns vel præsens possit committere vocem suam.

SVMMARIVM.

Absens citatus ad actum si venire non potest & est impeditus potest committere vocem suam.num.1.&.4.
Citato eo, qui non debebat citari, sine illo actus ad quem citatur expediri non potest.num.2.
Capitulum potest consentire vt vnus ex eis det vocem per procuratorem.n.3.
Absens canonicus an in electione Episcopi possit dare vocem suam per literas.n.5.
Priuilegio exemptionis non potest quis renuntiare.n.6.
Intellectus cap.quòd alicui.de regulis.iuris.in.6.n.7.

POtest accidere q́ eueniat dubitatio, an Decurio absens & impeditus possit cõmittere alteri vocẽ suam, iuxta nota.in cap.quia propter.& in cap.pen.de electio.in.6.[a] Sed illa iura nõ possunt practicari in consilijs Hispaniæ, vbi est cõsuetudo, quod non est necessaria citatio absentiũ[b], & ius vniuersitatis remanet apud interessentes[c], licet alij sint absentes & impediti. In duobus tamẽ casibus potest practicari illa doctrina. Primᵒ si citetur absens ad certũ actum, qui tunc si non potest venire, & est impeditus, potest committere vocem suã †, ratio est, quia si ille, qui non debet citari, citatur, legitimatur persona sua, & sine illo † actus non potest expediri, vt not.Bald.& Docto.in.l.fin.C.de edic.Diui Adria.tollen.[d] Secũdus casus est. si cõsentiant illi de capitulo, vel vniuersitate, quòd absentes dẽt vocem † per procuratorem: quia prohibitio est facta eorũ fauore[e], & illi possunt re
a
b
c
1
2
d
3
e

f nuntiare f,& non solum consiliariū, sed quemlibet extraneum possunt admittere, Abbas & cæteri, in dicto capit. quia propter,
g de electione. licet in extraneo est probabilis dubitatio g, quia extranei, & qui non sunt de Collegio non possunt intrare Curiam
h per se, nec per alium h. Et circa aliud de cōsensu Capituli, intellige totius Capituli, & in hoc non sufficeret maior pars, quia admittere aliquem, qui non est admittendus, dependet à voluntate, & in actibus voluntarijs non sufficit maior pars capituli, & vnius contradictio sufficeret ad impediēdum actum, vt not. Do
i ctores in dict. capit. cum omnes. de constitutionib. i

ADDITIO.

a [De electio. in. 6.] Dele illa verba in. 6. & intellige verum esse,
4 quòd absentes † canonici possunt vices suas alteri cōmittere, ex cap. scriptum. & ibi gloss. ca. quia propter. & ibi glos. cap. cum nobis. & cap. cōgregato. de electio. ijs concurrētibus. Primū quòd absens sit iustè impeditus, vel iniustè, dummodo præsentes consentiant, vt per Doct. in. d. c. scriptum. & not. Lancelotus, in institu. canoni. tit. de electio. §. sed & si quis. gl. de capitulo. Secundum ꝙ sit absens in loco in quo citari debeat. d. ca. quia propter. putà qñ est intra ciuitatē, vel in prouinciæ loco nō remoto tamē, & vbi vocari cōmodè potest, vt diximus in. c. 5. supra isto lib. Tertium, ꝙ cōmittat vocē vni de capitulo, & non extraneo inuitis canonicis. d. c. quia propter. c. congregato. c. si quis iusto. & ibi Doct. de electiō. per Præposi. post Abb. in. c. cōstitutis. 2. de appel. & ibi Deci. n. 4. vbi additio. verb. aliter. reprobat & benè cū dē Deci. cōtra tenentē, imò & ille cui cōmittitur debet esse in sacris cōstitutus, secundum Ancar. & Domin. n. 8. in. c. penul. de electio. in. 6. & tunc secundum Deci. in eod. num. 4. & Domini cum vbi supra. §. fin. n. 4. omnium votum nemine discrepāte requiritur, vt alij quàm canonico vel alteri quàm de capitulo committatur, cum sit gratiæ & nō iustitiæ: & omnia ista plenè tractātur per Bertachi. in. d. tract. de Episcopo. 3. parte, lib. 1. quæst. 14. à quo eum referēs desumpsit Lamberti. de iure patro. in. 1. arti. 4. quæst. princip. primæ partis. 2. libri. n. 7. fol. 26. vbi tractat an hæc requirantur in Patrono. & Fran. Marcus in decisio. 10039. 2. par
5 tis. Et an per literas possit absens Canonicus † dare votum in electione Episcopi, vide Bertachi. vbi supra. 15. quæst. num. 25. & Lancelot. vbi supra. in. §. sed cum absens. Et an Capitulum vices

suas committere posit, & dicêdum quòd sic, accedête cõsensu omnium Capitularium, secundum Fran. Marcum in decis. 1031. præbendo vni vel duobus commissionem de qua debet cõstare: & tunc factum ab ijs commissarijs ab ipso capitulo & nõ ab eis factum censetur, vt optimè per Deci. consil. 543. nu. 7. cum tribus sequent. Et quid in Episcopo vocato ad cõcilium generale, an possit cõmittere vocem suam vel constituere procuratorẽ, tractat Iacobatius, de cõcilijs, & not. quòd ille, cui committitur vox nõ potest has voces diuidere, secundum Molinam de primogenijs, libr. secundo. cap. quinto. num. 51. Imo idem est dicendum quoties iure proprio quis habet illas duas voces, secũdum Dominic. cap. penul. §. fin. num. secundo. de electio. in. 6. vbi. nu. 5. discutit an mortuo illo, qui vocem cõmisit, expirauit cõmisio. & dicta sunt vera, nisi de certa persona eligenda cõmisio detur, nam tũc in illam debet cõmissarius vocem dare, & propriam vocem alij dare poterit, vt per Lãcelotũ, de instit. cano. de electio. §. & si tantũ. & ibi in. §§. sequent. tradit quid si pluribus committatur.

[Hispaniæ.] Vt supra isto lib. cap. 5. diximus in additione. b

[Interessentes.] Vt supra lib. 1. cap. 8. vbi diximus in additio. id esse verum etiam si vnius tantum intersit. c

[Adria. toll.] Et latè Menochi. alios referens, in de adipisc. poss. remed. 4. nu. 555. vbi hanc communem testatur opinionem, & iterum ibidem. num. 611. & sequent. & 567. Secus esse dicerem quo ad votandũ, quia si vocetur non vocandus, & nõ spectetur, nihil nocet, vt not. in. c. cum inter vniuersas. de electio. & Lãcelot. in inst. canon. tit. de elect. §. 3. in gloss. omissum. d

[Fauore.] Contrarium videtur dicendum, nam non quæ sua sunt, sed vniuersitatis & populi, vel ciuium aliquorũ agũtur per Decuriones ipsos prouidenda, tractantur, & sic renuntiatio hæc locũ habere nõ debet. veruntamen, quia principaliter præeminentiam interessentium, & eorum ius tangit, examinare, an præsentes & absentes debeant votare, nam si nõ possunt, principale interesse versatur interessentium, & sic hoc tãquã principale est considerãdum, & per cõsequẽs huic fauori & interesse possunt interessentes in capitulo renuntiare, & per consequẽs cõsentire quòd absentes cõmittant vocem suam, dum tamen illa tria requisita interueniãt, in prima additione huius capituli per me relata, & sic quo ad hoc limitabitur, vt nõ procedat glo. in. L. sicuti. ff. de recept. arbit. inquiens, animi sui motum non posse quẽ commit- e

tere, cum à conscientia dependeat, quam allegat Additio. Bart. in.l.fin.C.de præposi.agen.in rebus lib.12.

f [Renunciare.] Vt probatur in.l. si quis in conscribendo. C.de episcopis & cleri.& tex.in cap.si diligeti. de foro cópe.vbi Feli. & eius additio.limitant hanc Regulá aliquibus modis, & in.l.si-
9 quis in conscribendo.C.de pactis. Priuilegio tamé exemptionis non potest quis renuntiare †.cũ in eo vertatur non solum fauor exépti, sed etiã eum eximentis, secundum Abb.in cap.cum tempore.nu.2.de arbitr. & sic priuilegio taxationis expensarũ factæ per tex.in.l.omnes.§.executoribus.C.de episcopis & cleri.secũ dum gloss.verb.audentibus. ibidem, clericus renuntiare non potest: neque etiam vbicunque est in actu apposita clausula annulla tiua in contrarium actorum, secũdum Additio. Felin.in.d.cap. si diligenti. etiam si Couar.in pract.cap.9.nu.7. post princ. aliud velit dicere, quoniam communis est contra eum, vt ipsemet Couar.aduertit, in cap. Quamuis pactum.2.parte.§.2.nu.6.

g [Probabilis dubitatio.] Ego nullam in hoc dubitationem constituo, sed pro indubitato assero, in extraneum à Cõsilio, vel capitulo, nullo modo posse similem vocem cõmitti, sed in vnum de capitulo, vel consilio tantum, tum ex dictis supra in additione. 1. istius capituli, tum etiam quia substitutus, & subrogat' debet esse eiusdem conditionis cum substituente, & subrogãte, vt diximus in.l.4.tit.9.nu.fin.lib.3. Recopil. tum etiam quia in concilijs secularibus nulli alij possunt ingredi quàm expressi in iure, vt aliàs diximus supra in libr.1. cap.10. & ita tenet Franc. Marcus, decisi. 1039. parte.2. nisi Capitulum, secundum eum ibi, vellet extraneum ad hoc admittere, nam tunc posset, quòd intelligo verum in capitulo ecclesiastico, nam seculare Decurionum non posset, etiam si vellet, sine pœna extraneum aliquem in concilio suo admittere, ex l.Regia perme allegata in cap.10.libri præcedentis.

h [Nec per alium.] Quod enim alicui non licet suo nomine, nec alieno licebit, ex Regula, quòd alicui, de regul.iuris.in.6. secun-
7 dum vnum intellectum hic accommodabilem †, scilicet vt verbum illud, nec alieno licebit, exponamus, idest per alium, quomodo respondit Vlpianus in.l. secũda.in princip. ff.de administ. rerum ad ciu.pertin. Decurionem subiectis aliorum nominib', prædia publica non magis quàm nomine proprio expresso conducere posse: & alio in loco ait Marcellus in.l.non licet.ff.de contrahen.empt non licere ex officio, quod quis administrat, emere

quid,

quid, vel ipsi, vel per aliam personam, vt & habemus text. in. l. fi. titul. vndecimo. lib. 5. Recopilationis. Sic & per contrarium, potest quis per alium, quod per se facere, ex cap. potest. de regulis iuris. in sexto. vbi optime Petr. Pekius, & qui per aliū facit est ac si per se ipsum faciat, ex cap. qui per aliū, de regulis iuris. in. 6. vbi ipsemet Petr. Pekius, optime loquitur.

[De constit.] Præsertim per Felinum, ibi nu. 17. 1

CAPVT OCTAVVM,

An Decurio possit egredi Curiam sine licentia.

SVMMARIVM.

Decurio malè facit exiens à Curia sine causa. n. 1.
Decuriones exeuntes à Curia compelli possunt reintrare. n. 2.

Contingit, quòd postquam Decurio intrauit Curiam vult inde exire, an possit sine licētia, & solet aliquādo peti talis licentia, aliquando nō, & ideo videndū est quid iuris sit, & sunt proponendi casus, quia aut petitur licentia & nō denegatur & est casus clarus, aut denegatur, & tunc si recedit cōtra denegationē potest mulctari, quia possunt vocari, & eis imponi multa si nō venerint, multò fortius si iā est in Curia pōtest detineri, quia facilius quid cōseruatur, quàm de nouo acquiratur. l. patre *Furioso.* ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. pro cuius corroboratione adduco, ꝙ dicit Sabelli. parte. 1. lib. 4. nec à Curia abire licebat, nisi alter Consulū pronūtiasset, abite si placet. non amplius vos moramur Patres conscripti, ex quo patet, quòd Decurio inhonestè recedit sine licentia [a], & non impunè si illa denegatur. a

ADDITIO.

[Sine licentia.] Nam sicut vt infra dicemus perperā & nō sine peccato faceret Decurio, qui nō residet in cōcilio, sic & à fortiori ex regu. d. l. patre furioso. ingrediēs Decurio Conciliū si exiret ab eo † intēpestiuè. Posset enim succedere negotiū in quo eius authoritas votū & vox declinaret omnes alios Decuriones à prauo & illicito cōsilio in eius absentia prolato & cōcluso, vt inquit in propositū Imol. in Clem. nè Romani. n. 47. de elect. ideo neq; cum licentia, neque absq; ea vbicunq; suspicatur negotium ali- a 1

quòd graue tractandũ, non debet Decurio exire à cõcilio, prout perperam & malè aliqui faciunt honorẽ solũm ambientes, onus autẽ subire recusantes, in quo credo grauiter errare, & conscientiam grauare, & ex Clem. ne Romani. §. porrò. de elect. cõpelli
2 possunt per iudicem † rei intrare consilium, nisi infirmitas, aut alia iusta excuset causa.

CAPVT NONVM,

Si Decurio vult deliberare, an sit expectandus.

SVMMARIVM.

Impedimenta tũc excusant cum probatur adhibitam omnem diligẽtiam. numero. 1.
Impeditus non dicitur potens remouere impedimentum. n. 2.
Malitijs est obuiandum. n. 3.
Tempus in multis ad deliberandum conceditur. n. 4.
Præcipitatio est nouerca iustitiæ. n. 5.

De alia solet dubitari quæstione, si alijs consiliarijs proferentibus sententias alter vel alij dicunt, quòd pro tunc nolũt determinare, & petũt terminum ad deliberandum, an sit eis concedendus, & videtur quòd non potest ei denegari, per totum tit. de senten. ex breui. recit. Ego non inuenio in specie decisum casum, sed crederem sic distinguendum, quòd si ille casus fuit aliàs propositus in cõsilio, ꝙ Cõsiliarij iniustè petunt terminum ad deliberandum, cũ potuerũt venire instructi, arg. c. præ-
a terea. de dilatio.[a] aut nõ fuit propositus talis casus, & magistratus videt, ꝙ differendi causa petitur ille terminus, & tũc nõ dabi-
b tur dilatio[b], quia satis est, ꝙ qualitercũq; potuerũt deliberare. Et hoc relinquitur arbitrio iudicis, vt cõsiderata qualitate cõcedat, vel deneget: isthæc enim magis percipi possũt intellectu, quàm aliqua loquutione exprimi, verba sunt Abb. in. c. literæ. pen. col. de dilatio. Aut casus est arduus, & de nouo propositus in cap. &c.
c tunc tenerem, ꝙ est danda dilatio ad deliberandũ[c], & audio ꝙ apud Toletũ, & alias ciuitates cõsueuit per notarium fieri admonitio, ꝙ vocatur, conuiuiũ, in qua omnes consiliarij admonẽtur ꝙ certa die veniant ad curiam ad expediendũ tale negotium, &

est bona

est bona & laudabilis consuetudo, quia nō sufficit petere debito tempore, nisi congruo tempore expectetur Respōsum d: sed pos d sunt petere congruum tempus ad deliberandū, verba sunt Abb. in cap. cum in veteri. 7. not. de electionib.

A D D I T I O.

[Præterea de dilatio.] Et ibi glo. verb. plenè. imputet enim sibi, 2 qui cū potuit nō venit paratus & deliberatus: & sic actori à principio non dantur induciæ deliberatoriæ, eo quod debuit venire instructus, ad replicationes tamē rei considerādas terminus dandus est deliberatorius, quia nihil est, q̄ sibi imputetur. secundum glo. & Abb. nu 13. in eod. c. præterea. 2. de dilatio. Impedimenta enim tunc excusant, cum probatur adhibitam fuisse diligentiam omnem † vt remouerentur, authore Innocent. in cap. extransmissa. de rescript. quem ibi omnes sequuntur, & ibi latè Felinus, 1. & Decius in cap. cum inter. de exceptionib. col. 9. versic. prædicta conclusio, non enim dicitur impeditus, qui potest remouere † impedimentum, Bald. in. l. sed si per Prætorē. §. 1. versi. sed nec 2. ad eos. ff. ex quib. caus. maio. & idem si culpa venire debentium, proueniant impedimenta, ex. l. fideiussor. §. 1. ff. qui satisd. cogan. l. de die. §. planè. eodem titul. Bote. de synod. Episc. 2. parte, nu. 64. & 65. vbi limitat aliquibus modis, & Boeri. decisio. 40. nu. 7. Sic & citato in ciuilibus existenti in loco remoto à iudicio iniungitur, vt intra talē terminū veniat responsurus per se, vel pro curatorem benè instructū, aliàs non alia vice citandus, & si mittit procuratorem non benè instructū, sua est culpa, si ex citatione potuit de causa informari, secundum Abb. in cap. literæ. n. 6. de dilatio. & probatur ex. l. 2. tit. 2. lib. 4. Recopil. vbi diximus: debet tamen terminus assignandus esse competens non solum ad comparendum, verum & ad consulendum illos alios, quos negotium tangit, aliter enim appellari potest, secundū Abb. dict. cap. literæ. num. 7. dē dilat.

[Non dabitur dilatio.] Malitijs enim non est via aperiēda, sed b obuiandū † potius. l. cum hi. §. sed cū lis. ff. de transact. l. in fundo. 3. de rei vendic. Specul. in tit. de offic. omni. iudic. §. sexto. versic. quia. neq; est danda malignandi occasio, secundum eundem Specul. titu. de arbitr. §. 8. versic. quid si actum est, & versic. quid igitur. malitiæq; causa potest iudex partem in expensis condēnare, vt per Specul. in titul. de expensis. §. 4. versic. in summa: & sic malitiæ litigantium sunt cōpescendæ, Clementi. 1. & ibi Cardin.

 de seq.

de seq.poss.& fruct. Sic & non est dilatio dando quærendi aduocatum si id malitiose petatur, secundum Specul.in tit.de dilatio. §.1.n.23.sic intelligentem text.1. vt lite non cōtest. & ca. prout. de dolo & contu.l. velamēto.C.de postul.inquitq; ipsemet. Speculat. d. nu. 23. quòd si semel in iudicio reus comparuit cum aduocato, & eius consilio, & posteà eum habere non potest, quòd imputabit sibi, quia talem conduxit aduocatum.

c [Ad deliberandum.] Interest enim nostra nè homines præcipitentur, quandiu iustè deliberāt.l.& quia.ff.de iurisd.omn.iud. notat Specul.in d.§.1.num.18. humanum enim esse probamus, inquit Consultus in. l. humanum. C. de legib. si quid de cætero in publica priuata vè causa emerserit necessarium, &c.id ab omnibus anteà tàm proceribus nostri Palatij, quàm gloriosissimo cœtu vestro (Patres cōscripti) tractari, & diximus in.l.fi.tit.1.libro.2.Recop. Sic & sentētia cum cōsilio & deliberatione ferenda est.l.2.C.de sent.ex breu.recit.ibi non subitas, sed deliberatione habita post negotiū, sentētias ponderatas sibi anteformēt.

4 Sic & tēpus ad deliberādum cōceditur hæredibus † institutis, ex toto tit.C.de iure delib.& ex.l.1.& per totum tit.6.part.6.& ibi glo.*Gran pro.* inquit q deliberatio indiscussos hominum calores refrænat, & à malo iudicio retrahit. c.anteriorum, in principio, & ibi Archid.2.quæst.6.adeò vt tempus ibi præfixum hæredibus ad deliberandum in.l.2. eiusdem tit.6.& parte.6.non possit per iudices abbreuiari, non enim sunt hæredes præcipitandi, vt.l.1. §.largius.ff.de success.edict.aliter enim processus in contrarium facti essent nulli, secundum Barto.relatum, & secutum per glos. *Alomenos*, in dict.l.2.& per Menes.in.l.si emancipata.n.43.C.de iur.& fact.ign.nisi quoad hoc tantū vt defensor detur bonis hæreditarijs ad petitionem creditorum, vt eis satisfaciat de debito; quoad hoc enim terminus iuris ad deliberandū datus potest per iudicem hæredi abbreuiari, signando ei terminū nouem dierum ad acceptandum vel repudiandum cum comminatione, q eo elapso habebitur pro acceptante, vel repudiante in eo q hæredi nociuius & vtilius creditoribus esse poterit, secūdum glo.illam dictæ.l.partitarum, ex text.in.l.1 §.sane.ff.de success.edic. & ex Bart.in.l.quandiu.nu.5.fol.191.ff.de acquir.hered.& alibi latius suo loco dicemus: & tradit concionis noster Doctor Gutierrez, in repetitione.§.sui, nu.109.Instit.de hæred.qual.& diff. Sic itidem & procurator ad lites potest dominū nominare, si ipse non est instru-

est instructus, vt eum dominus instruat, argum. l. sed & hæ, §. penult. ff. de procur. not. Host. in. c. fi. vt lite non cont. & idē in procuratore ad negotia, qui quidem potest nominare dominum suum, quia alieno nomine possidet, sicut & omnis possidens nomine alieno potest laudare & nominare dominum in iudicio, vt veniat defensurus tanquam persona, quæ melius deliberabit, & dantur ad hoc dilationes, secundum latē dicta per Rebuffum in tertio tomo, constit. Franciæ, tit. de dilationibus. artic. 2. gl. 1. per totam. Ex eodem etiam fonte deliberandi datur Monachis annus ad faciendam professionem, cap. non solum, & cap. constitutionem, de Regular. in. 6. Partibusque conceditur etiam terminus ad quærendum aduocatum. ex cap. de Iudicijs. 3. quæst. 3. l. si quis ab hostibus. §. sed quòd simpliciter. ff. ex quibus caus. ma. & glo. & Abbas. n. 11. in. c. 2. de dilationibus. text. in. l. 28. tit. 16. libr. 2. Recopil. vbi dixi, & Specul. in titu. de dilatio. §. 1. num. 23. vbi hoc intelligit, dum tamen id sæpè & malitiose non petatur, neq; conduxerit aduocatum & in iudicio cum consilio eius comparuerit: nam tunc si post nō inueniat eum, nō cōcedetur ei terminus quærendi eum. Et an pro amicis consulendis sit dandus terminus, vide Felinum in cap. 1. in princ. vt lite non contestata. Acceptandi etiam literas, vt possit illas videre & peritiores consulere tempus datur, secundum Menochium de arbitrar. iudic. lib. 2. centur. 1. casu. 21. num. 5. & nu. 6. inquit esse iudici arbitriū relictum circa dierum assignationem. Ex quibus omnibus & ex alijs, quæ adduci possent, infertur quòd omnino sit terminus dandus Decurioni dicenti se velle super negotio de nouo occurrente & deliberare & peritos consulere, & quòd dilatetur hac de causa decisio & determinatio vsque ad aliud Consistorium, & sic fit quotidie, nam, vt inquit Consultus in. l. non dubium. C. de repud. omnia omninò, quæ consilio rectè geruntur iure meritoque effectu & firmitate niti: tempore enim opus est, vt rectè & maturo consilio res agantur. capit. ponderet. 50. distinct. & sic dicit Sapiens: Fili mi, nihil sine consilio agas, & non pœnitebis, vt latè per Rebuffum, in authen. habita. verb. examinatione. C. ne filius pro patre.

d [Præcipitare Responsum.] Et ideò dicebat Barto. in. l. prolatam. num. 5. C. de sent. & int. omn. iudic. sententiam præcipitanter latam esse nullam. Est enim nouerca iustitiæ † voluntaria iudicantis præcipitatio, id est, sicut se habet nouerca ad priuignos, 5

quæ sæuire solet in illos, sic se habet ad iustitiam voluntas præcipitantis iudicis, vnde dicit quidam, Gaudet in afflictis sæuire nouerca potestas, tex. est de præmissis cum glossa, nouerca, in Clementina pastoralis. §. verum. de sententia & re iudicata. & facit notabil. textus in capit. inter hæc. col. 1. de pœniten. dist. 3. dum ibi dicitur, lenta virtus, & cunctatrix ante iudicat quàm incipiat quid decorum, quid honestum. Iniquitas autẽ omnia præcipitat. Et propterea dicit tex. in c. nullum. 2. in fin. 30. quæst. 5. mala audita nullum moueant, aut passim dicta absque certa probatione quisquam vnquam credat: sed antè audita diligenter perquirat: nec præcipitando quicquam aliquis agat, & in cap. ponderet. in princip. 50. distinct. inquit text. non præcipitemus consilia, aut opera nostra, & in. l. & quia. ff. de inter. ac. dicitur, vt defunctorũ interest habere successores, ita interest viuentium nè præcipitentur quãdiu iustè deliberant. Et duo sunt maximè cõtraria consilio festinatio & ira, vt Bias philosophus solitus erat dicere. Et sic Decuriones non sunt cogendi præcipitãter vota proferre, sed tẽpus ad deliberandũ dandũ est, prout quotidie fit & datur, quoties negotium deliberationem requirit, neque vlla culpa deliberandi imputari potest Decurioni id tempus petenti.

CAPVT DECIMVM.

An Decuriones possint ad officia eligere vnum ex se ipsis.

SVMMARIVM.

Decuriones possunt vnum ex se eligere. nu. 1. & 4. declaratur.
Idoneus si adest in Collegio non est extraneus eligendus. nu. 2.
Decurionum ordo si dat tutorem dabit vnum ex se. nu. 3.
Executor si possit pauperes eligere an poterit se ipsum. num. 5. & ibi ad. l. meliorationum infertur.

1 SOLET etiam dubitari an Decuriones, vel Consiliarij possint eligere vnum ex se ipsis ad aliqua officia per collegium ipsum prouidẽda, an alium ciuitatis eligere teneantur, sicut in vrbe Granatæ annuatim eliguntur prætores, qui vocantur de Aquis,

Aquis,& videtur quòd possint hoc facere quia ex se ipsis possunt
eligere †,glos.ordinaria in.l.2.C.de decurionib.lib.10. idem te 1
nent Doctores maximè Platea in.l.nominationũ.C.de decurio
nibus.lib.10.& tenent gloss.& Doctores in cap.cũ in iure.de ele
ctio.& in cap.Ecclesia.de sortilegijs.[a] in tantũ ꝙ glo.in.l.planè. a
ff.quòd cuiusque vni.nomi. tenuit ꝙ si est Idoneus in collegio
non potest aliquis extra collegiũ eligi ad officium † ciuitatis, de 2
cuius glo.veritate nõ est hic necessaria examinatio [b],sed sufficit, b
ꝙ ad talia officia ciuitatis consiliarij possunt vnũ ex se eligere:&
ex hoc dicit Bartol.in.l.vbi.ff.de tut.& cur.dat.ab his,quòd quan
do ordo Decurionum dat tutorem potest dare vnũ ex se ipsis.† 3

ADDITIO

[De sortilegijs.] Et idem alios referens † tenet Socin. cõsil.11. a 4
num.6.volumi.1.& ante eum Barto.in.l.si consul.nu.fin.& ibi
Orosci.col.274.in fine.ff. de adoptionib. & dixi in.l. 34. titul.6.
lib.3.Recopil.in princip. & hanc esse quasi communem opinió
nem testatur Abb.in dict.cap.cum in iure.nu.4.de electio. quic
quid ibi glos.tenere voluerit contrarium nisi illam intelligas lo-
qui, quoties vni tantum commissio hæc datur, nam tũc se ipsum
eligere nõ posset,vt infrà hac additione dicemus,& probatur ex
gloss.in cap.gratum. de post.præl.relata per Frãciscum Marcum
decisio.Dalphin.1341.num.2. Ex quibus inferunt supradicti &
præsertim Socin.& Orosci.vbi supra.& Peralta in.l.vnum ex fa
milia.§.rogo.nu.3.& sequent.pag.607.de lega.2.quòd data po-
testate executori eligendi pauperes nõ potest eligere se ipsum,
† nisi secundum Oroscium vbi supra.col.275.plusquàm vni exe 5
cutori esset data hæc potestas pauperes eligendi, putà tribus aut
pluribus,tunc enim vnum ex se ipsis eligere possent,dum tamen
pauper esset,vt & tradit Matienço in.l.14.glos.1.nume.11.titul.
4.lib 5.Recopil.& Bertachi.in tract.de Episcopo.3.parte.libr.1.
num.35.secus si vni tãtum detur hæc potestas, hic enim etiam si
pauper sit se ipsum eligere nõ posset,vt optimè aduertit Peralta,
vbi supra.num.3.cum pluribus sequentib.ex gloss. in. l.planè.ff.
quòd cuiusque vni.nomi. contra Socin. vbi supra.quẽ reprobat
& inaduertenter loqui testatur Peralta,vbi supra.num.8.qui qui
dem Socin.si benè inspiciatur voluit, vt & aduertit & sequitur
Orosci.dict. colum. 275. in princ.quòd etiã si vni executori tan-
tũ sit data potestas distribuẽdi inter pauperes, potest in se ipsum
distri-

distribuere si satis perspecta cognitaq; sit & dura ipsiusmet paupe-
ries,& in hoc casu nō meruit Socin.reprehendi à Paralta,vbi supra,cum & ipse Peralta,ibidem in eodem num.8.ver sic.vel secundo respondetur,idem in effectu voluerit tenere,cū data summa & extrema necessitatē & intolerabili,prout Socin.loquitur fateatur ipse Peralta, charitate benè ordinatā incipere à se ipsa, & sic in hoc casu seipsum eligere posset,nō verò aliàs, & sic declarabis dicta per Paul.Castr.in.l.nulli.in princ.n.fi.ff.quod cuiusque vni.nomi. Ex quibus & itidē Peral. vbi supra nu.9.infert ad.l.31. Tauri,quòd si filius deputatus executor per patrem in testamento suo habeat ab eo facultatem & commissionem specialem,prout per legem illam Regiā & similes requiritur,meliorādi vnum ex filijs,nō poterit se ipsum meliorare,quod optimum & iuridicū reputo : sed an habēs eligere vnum ex filijs meliorandis poterit nouum apponere grauamen,vide Peral.l.vnum ex familia.§.sed si fundum.n.9.de lega.2.Et an quotiēs isti de collegio volunt vnum ex se ipsis eligere, eius consilium sit requirendū, vide Syluest.in summa,verb.consiliū.n.10.& ex dictis in sequenti capitulo decerpes, & de dictis,tradūt etiā Doct.in.l.ab omnibus.de lega.1.& in alijs iuribus relatis per glos. l. planè. ff. quòd cuiusque vni.nomine.

b [Examinatio.] Illā tamen glo.sequitur Paul.l.nulli, in prin.nu.12.ff.quod cuiusq; vni.nom.non tamen glossæ illius opinio admissa est in pluribus partibus, neque cassabitur electio de extraneo à collegio facta.

CAPVT VNDECIMVM,

An Possit quis consentire electioni de se factæ, & talis vox computetur in numero.

SVMMARIVM.

Electus potest numerari inter duas partes Decurionum.n.1.&.7.
Electus potest consentire electioni de se factæ etiam si tantum sint duo in collegio.n.2.&.3.
Mulier si cum consensu propinquorū debet vedere suffitit cōsensus vnius eorum.num.4.

Patro

Patre & filio simul litigantibus Pater videtur consentire vbi eius consensus est necessarius.nu.5.
Episcopi consensu ad locandum requisito, potest eo consentiente sibi ipsi locare.num.6.
Manifestato scrutinio an possit quis variare & pro se variare.nu.8.
Pater an possit authorari filio in actu ipsi patri vtili.nu.9.
In electione Papæ multa sunt specialia.num.10.

EGO expertus sum in me ipso aliam quæstionem, an suffragium proprium sibi prosit, & est maximi momenti, quando vota & sententiæ Decurionum sunt in pari numero, si ille, qui eligitur ad aliquod officium, consentit electioni de se factæ, & talis cōsensus valet, computato eo stat pro illo maior pars capituli, & propterea habebit obtētum, & tex. videtur expressus in. l. plane. ff. quòd cuiusq; vni. nomi. qui dicit quòd ille, qui eligitur potest numerari † inter duas partes Decurionum, & ita tenēt gl. & 1 Doct. in. d. l. plane.[a] in tantū q̃ si desunt in collegio Decuriones a vnus potest alterū eligere, & electus potest cōsentire, & ita erit elect[a] à maiori parte capituli †, Guilliel. de Cug. & Alberi. in. d. l. 2 planè, & fortius dicit ibi Ang. quòd si in collegio nō remanet nisi vnus, ille potest alteri cōmittere electionē, & ille potest eligere vnum, & sic erit electus à toto capitulo.[b] Et nō obstat quòd non b possit eligere se ipsum, quia potest consentire electioni de se factæ, † & faciunt notata in. l. ab omnibus. de leg. 1. & per Io. And. 3 in. c. in toto. de reg. iur. in. 6. & prædicta faciūt ad quæstionē, q̃ si ex forma statuti mulier non potest contrahere sine cōsensu duorū propinquorū, q̃ potest vendere vni propinquo, & cōsentire alter. † Itē si statuto cauetur q̃ filius nō possit litigare sine cōsensu 4 patris, q̃ si pater & fili[9] simul litigāt, videtur pater cōsentire[c]. c † Ad idem q̃ si statuto cauetur q̃ locatio non possit fieri sine cō 5 sensu Episcopi, quòd potest fieri eidē Episcopo locatio †, & ille 6 videtur cōsentire, ista tria ponit elegāter Abb. in cap. cum in veteri. de electio. & per prædicta remanet conclusio satis fundata, licet in contrarium faciant, quæ notantur in Clemen. nè Romani. de electio. & cap. licet. de electio. vbi electus in Papam nō auget numerum[d], & tex. in. d. l. plane. non dicit quòd computetur d in maiori parte, sed in numero duarum partium, propterea sunt videnda quæ dicit Abb. vbi supra, vel Doct. in. d. l. plane.[e] e

ADDI-

ADDITIO.

[In.d.l.planè.] Et gloss.1.per tex. ibi in capit.cum in iure.de ele ctio.& communem testatur Peralta,in.l.vnum ex familia.§.rogo.de legat.2.num.10.pag.610.quam tamen communem declarat & limitat vno modo Abb.in capit.per vestras.num.fin.de iure patro.& in consil.25.num.3.libr.2.& in cap.licet.nu.13.& in cap.cum in iure.nu.4.& 5.de electio.& Fräc.Marc.decisio.Dal
7 phin.1021.nu.3.& 4.vt procedat quoties electio † fit per viam scrutinij manifesti,vt notatur in.d.cap.cum in iure.quoniã poterit consentire electioni de se factæ,& vox eius cõputatur in numero,dum tamen ipse sit de collegio & vocem habeat,nullũque alium ipse eligat;secundum Abb.in dict.cap.licet.num.13.Secus vero si fiat per viam scrutinij secreti,vt in cap.Cumana.& quod ibi notatur,de electio.quod sic debet intelligi,& alia capitula in contrarium per Authorem hic allegata,tunc enim non potest quis electioni de se factæ cõsentire,& ratio diuersitatis est,quia quando fit scrutinium secretò,non potest quis in se ipsum cõsentire,quia cum tunc ignoret an alij in eum cõsenserint.repelleretur iste tanquã ambitiosus,si se ipsum eligeret,& de ambitu notaretur cũ nemo debeat se ipsum eligere,& à se principium oriri,sed debet vocari sicut Aaron,vt in cap. qualiter & quando.de electio.sed quãdo scrutinium fit palàm,& videt se eligi & deputari per alios,potest tunc consentire suæ electioni,quia vocatur tunc à socijs.nec potest dici ambitiosus,& consentiendo auget numerum,& iste est tex.not.in capit.cum in iure.vbi per Ioannem Andream,de electio.& per Cœpolã,optimè in cautela.96.vidimus pridie,& ibi eius additio.ex quibus infertur optima declaratio ad iura dicentia,neminem posse se ipsum eligere,ex.l.si mandauero.§.si tibi.ff.mand.& in.l.planè.ff.quòd cuiusque vni. nomi.& ibi Doctores & Alexand.in.l.si cõsul.ff.de adoptionib. Abbas & Doctores in cap.consuluit.& capit.per vestras.de iure patrona.Molina,de primogenijs lib.secundo.cap.quarto.nu.58. Et ideò præses prouinciæ,nec quilibet se vel iudicé,vel tutorem potest decernere,ex.l.præses prouinciæ.ff.de offic.præsid.& in l.fin.ff.de offic.præt.l.quarta.ff.de tuto.& curat.dat.ab his,neque collator potest se ipsum instituere in beneficio,cũ inter dantem & recipientem sit cõstituenda differentia personalis.capit. fina.de institutionib.nec Patronus potest se præsentare.ex dict. cap.per vestras.& not.Lãbertinus de iure patrona.5.artic.prima

quæst.

quæst.principia.secundi libri.nu. duodecimo.fol.2. nec se Pater filio exemplariter substituere poterit,ex Barr. in.l.ex facto.ff.de vulgari & pupil. neque executor ad distribuendum poterit sibi ipsi distribuere,vt supra præcedente capitulo diximus. Electioni tamen de se factæ per alios, vt dictum est, benè potest quis consentire,sicut & poterit conferri beneficium Patronatus ipsi Patrono per Episcopum,quia accipiendo videtur patronus consentire,secundum Abbatem in dict.cap.per vestras.secutum per Petrum Costali.in dict.l.planè.sic & executor vnus deputatus ad distribuēdum inter pauperes poterit cōsentire electioni de se pauperē factæ,vt capitulo præcedente diximus, & not. Costalius in dict.l.si mandauero tibi.§.si tibi & suffragium,& vox Patris filio prodest,licet filius se ipsum eligere non potest,ex tex. in.l.illud. ff.quod cuiusque vniuersit.nomin. & in capit.sequente videbimus, quæ omnia ex supradicta declaratione Abb. declarantur. prout & voluit Syluest.in summa,verbo,consilium.num. decimo.vbi nu.vndecimo. ponit aliam limitationem, scilicet, quòd si mandatur electionem fieri cum consilio & assensu cōcorditer per tres aut plures,nullus eorum poterit eligi,quia nō esset concors,electio,secundum Hostiensem, & Abbatem in capit. cum in veteri.de electio. & Cardin.in dict.cap.cum in iure. nu.quarto quæst.nona.eodem titulo.vbi inquit Innocentium Quartūm hac de causa cassasse Electionem per quinque compromissarios de sexto factam in monasterio Atrebatensi,& compostellanum sic obtinuisse, Cardina.tamen ibi requirit id expressè dicēdum, quòd non possint ex se ipsis eligere, idem tamē crederem si id tacitè colligatur esse faciendum & obseruandum,sequitur eos Syluester dict.num.vndecimo.vbi idē dicit esse si mandaretur cum consilio & assensu tertij fieri electionem,quia oporteret eū ante electionem consentire & notaretur ambitionis,vt in capit.post petitam.de electio.& sic ibidem in num. duodecimo infert ipse Syluest.prout Author hic etiam infert,scilicet,quòd si statuto caueatur vt filius non litiget sine Patris cōsensu,vel mulier sine consensu duorum propinquorum,sufficit patrem cum filio litigare, & quòd vnus ex propinquis emat alio consentiente.

¶ A toto capitulo.] Et sic esse seruatū de facto asserit Paul.Cast. b in.l.sicut.§.fi. ff.quod cuiusque vni. nomi. quoniā in vno potest totum collegium remanere,vt diximus supra libr. 1.possuntque Decuriones cōmittere alijs electionem.l.illud.§.si Decuriones. ff.quòd

ff.quòd cuiusq; vniuer.nomi.& ibi Barto.& Doct.neque obstat, quòd non potest cōmitti alteri,qui non sit de vniuersitate,secundum glos.in dict.l, planè.& est tex.in cap.si quis iusto.in fine.de electio.in.6.quia necessitas & penuria Decurionum facit licitū, quod aliàs est illicitum,argumen.l,qui potuerūt.ff.de man.vind. & in cap.3.extra de regul.& cap.si quis propter necessitatem,extra de furt.cum & propter necessitatem possit pater filium vēdere & pignorari,vt per Ripam in.l,obligationū.nu. 13.ff.de pign, & Couar. libr. 3. Variar. cap.14. nu. 4.in fine. Sed est dubium.
8 † quid si quis per viā scrutinij secreti votauit pro alio, post verò apparet facta publicatione ipsum esse electū in pari numero votorum,an poterit variare & pro se votare & Bertachi. in tracta. de Episcopo.3.parte,libri primi.nu.35. inquit quòd sic, contrarium tamen & melius tenet Abb.in.d.cap.licet.n.13.de electio. & Franc. Marc.decisio.Dalphin. 10211. nisi secundum Abb. in dicto nu. 13.agatur de Papa eligendo, nam in hoc casu, secūdum eum, speciale est,quòd quandocūque quis in scrutinio publico, vel priuato consensisset in alium,quòd postea videns se electum ab alijs,possit recedere ab electione,quam fecit,& accedere electioni de se factæ, quia admittitur variatio . Cardinalibus enim non est tradita certa forma eligendi,secundū Abbatem dict.nu. 13.& Doctores in Clemen.nè Romani. de electio. multa enim specialia sunt constituta in electionibus Papæ, vt in additione literæ.D.videbimus infra.

9 c [Consentire.] An pater † possit authorari in facto filij ipsi Patri vtili,est longus articulus vt inquit Bart.Socinus consilio.147. visa facti.num.nono. volumine primo. & in consilio.23.nume. nono.10.& 15.cum sequentibus.volumi.quarto.vbi ponit communem resolutionem huius articuli, idem Socinus consilio 112. num.quarto.volumi.primo. Alexand.consilio. 106.volumi.1.& ibi additio.

b [Non auget numerum.] Textus ibi,nihil de hoc dicit in dicta Clemen.nè Romani.neq; in dict.cap.licet. allegatis per Authorem hic,sed tantum in gloss.dict.cap.licet. verbo, à duabus. tractatur de dictis per nostrum authorem in ijs verbis, & gloss. illa potest procedere, in electione Papæ, in qua vt per Cardinalem ibi,num.vndecimo.multa specialia constituuntur, & sic secundum Baldum in eod.cap.licet. num. sexto. Cardinales quandoque seruant illam decretalem, quandoque non, quia eis non est data cer-

data certa forma eligendi, vt diximus in glo. supra sub litera. C.

[Duarum partium.] Si in harum duarum partium numerum computatur, illius vocē inter reliquorū vota numerari necessario fatendum est, & per consequens numerū augebit, & sic sufficit Iurisconsultum in l. planè. dicere. votum hoc inter alios computari, vt intelligamus vota aliorum & eorū numerum augere, & sic nihil obstabunt contraria. e

CAPVT DVODECIMVM,

An suffragium Patris prosit filio.

SVMMARIVM.

Quod attinet ad ius publicum patria potestas non curatur. num. 1. & num. 4. & 7.

In concernentibus voluntariam iurisdictionem pater pro filio iudicat. num. 2.

Interessentes an possint dare potestati votum suum in concilio. n. 3.

Filius in gerendo magistratu iure optimo patri naturali præfertur. numero. 6.

Filius & pater fictè dicuntur vna & eadem persona, vel in casibus à iure expressis. num. 5.

In spiritualibus patria potestas neque tutoria curatur. n. 8.

Pater non potest esse iudex in causa filij. n. 9.

EX superiori quæstione efficitur alia minus dubitabilis, an suffragium Patris prosit filio & ecōtra; & tex. in l. illud.[a] ff. quod cuiusque vni nomi. probat quod valet, & ponit rationem, quia tanquam Decurio dat vocem & nō tanquam Domestica persona[b], & glo. ibi assignat rationem, quia quoad ius publicum attinet patria potestas † non curatur [c]. Sed attende quia ambæ rationes videntur falsæ, quia pater iudex iudicare non potest in casu filij[d], & iudicat sicut Prouinciæ, & non tanquam Domestica persona. Item causa iudicandi est publica, sed illa nō potest exerceri inter tales personas. l. qui iurisdictioni præest. ff. de iurisd. omn. iudic. hanc obiectionē non tangunt Docto. in dict. l. illud, sed solutio esse potest negando assumptū; quia actus capitulares a b c 1 d

 non

non sunt iurisdictionis ad minus cōtentiosæ, sed volūtariæ, & in
2 e actibus voluntariæ iurisdictionis non habet e locū † dicta lex, vt dicūt ibi Doctores, per. l. si consul. ff. de adoptionib. Aliud etiam
f obijcitur, quòd magis stringit de Pragmatica f, vbi continentur Capitula correctorum inter quæ continetur capitulū, vbi statuitur, quòd si res tangat aliquem, qui in dicto capitulo, vel consilio habeat personas, quæ possunt recusari, quòd illæ egrediatur consilium, & quòd causa expediatur illis exclusis g. Pro cuius solutio
g ne ego dicerem, quòd si in cōsilio tractatur de causa cōcernente
3 commodum pecuniarium † alicuius, & tunc attinētes ei, & qui sunt suspecti non habent vocem, & possunt excludi, sed si tractatur de officijs & honoribus, & speratur discordia Decurionū, & diuisio in duas partes, tūc vt relinquatur libertas alijs, vt sine metu, vel verecundia possint nominare idoneiorē, potest suspectus dare vocem suam, & statim egredi, & tunc suffragium proderit alij, & seruabitur lex, & non inducitur ex hoc legū correctio, & puto hāc distinctionem esse æquissimam, quia. l. plane. loquitur in officijs & honoribus, quæ ciuitas tenetur de necessario cōferre, sed in his, quæ concernūt vtilitatem priuatam, ex qua aliquid potest adesse, vel abesse ciuitati, expedit, vt non expediatur tale
h negotium per personas suspectas h.

ADDITIO.

a [L. illud.] Vbi Doct. maximè Paul. Castr. eo quòd præsumitur motus potius ob bonum Reipubli. quàm ob sanguinis affectionem. In omnibusq; casibus ad publicum ius pertinentibus pater
4 & filius † diuerso iure censentur, in domesticis autē negotijs & priuatis, cōtra, ex. l. fin. C. de impub. & alijs, & refert. Auenda. c. 19. Prętō. n. 23. versic. & experientia lib. 1. vbi in versic. si tamen
c hoc intelligit, nisi daretur suspicio, & colligeretur votū Patris in filium directum omnino in damnum Reipub. redundaturū, tūc enim esset prohibendō Patrem votare pro filio: aliter enim non
d est vetandum, sed permittendum. Et sic pater filio beneficiū resignare, & ad beneficium filium præsentare potest, in. c. fin. de in stitu. gloss. in ca. quia. de iure patro. & Abb. in. c. consuluit. eod.
b titu. & ibi gloss. & Paul. de Citadi. de iure patronatus. 6. part. nu. 95. fol. 98. in nouis, & Lambert. eod. tract. 1. 2. artic. 8. quæst. prin. 1. partis. secundi libri. n. 1. 12. & 47. fo. 75. in nouis, neque obstat quòd filius & Pater eadem est persona. 35. quæst. 3. §. hac autoritate. l. si. C. de imp. & alijs, & vox Patris, est vox filij, vt Inst. de inutili.

de inutili.stip.§.ei.tradit multa Lambert.vbi supra,arti.5.quæst. 2.principa.lib.2.nu.1.& sequentib.fol.6.& refert Socinus. con. 31.nu. 14. &. 15. volum.1.&c sic quod sicut filius se ipsum eligere non posset, sic neque à Patre eligi:quoniam vt ibi dicit Lamber. nu.16.nō in veritate,sed in fictione iuris pater & filius † sunt eadem persona,& id q̄ veritatis est,debet attēdi:vel dici potest, vt 5
inquit Anto.Gama,decisio.Lusita.174.nu.22.in casibus tantum à iure expressis pater & filius eadem reputantur persona,non verò extra illos,& sic cum hic noster casus nō sit de expressis in iure,meritò quòd essent dicta contraria,& quod pater possit pro filio votare,vt de iure habetur,& tradunt relati per me in.l.34.in prin.titul.9.libr.3.Recopil.vel potest dici quòd filium in potestate constitutum non potest pater eligere, emancipatum vero sic,vt per Molinam,de primogenijs,lib.2.c.4.n.59.

[Domestica persona.] Nam vt inquit Aulus Gellius in secūdo b
nocti.Attica. lib. c.1. filius in gerendo Magistratu præferendus est Patri †,& idem Pater cedere, ac præstantiorem locum dare 6
debet, quoniam nō vt filius,sed vt Magistratus reputatur, & ibi recitat historiā de clarissimo viro Præside Cretæ prouinciæ,qui, cum ipse & eius pater Athenas ad visendum cognoscendūque Taurum philosophum adijssent,ac inter eos,qui poti⁹ sederet,disceptaretur,ac potiorem locū obtineret, hāc super ea re Taurus perpense & ponderatè tulit sententiam. In publicis locis atque muneribus,atque actionibus patrum iura, cum filiorum, qui in Magistratus sunt potestatibus collocata, interquiescere paululum, & conniuere. Sed cum extra rē publicam in domestica re, atque vita sedeatur,ambuletur,in conuiuioque familiari discumbatur,tunc inter filium Magistratum, & Patrem priuatum publicos honores cessare,naturales & genuinos exoriri cōuenit.Ibiq; etiam narratur historia alia de filio Quinti Fabij Maximi existente Consule,qui Patrem equo descēdere iussit, de qua etiam apud Valerium Maximum,in titul. de institutis antiquis. Nam apud veteres Romanos instituto cauebatur,neminem equo insidentem ad Cōsulem venire debere, sed honoris gratia antequā Consuli appropinquasset, descendere:cuius Valerij verba sunt hæc: Idem Fabius à Senatu legatus missus ad filium Consulem Suessam postquam animaduertit eum ad officium suum extra mœnia oppidi processisse, indignatus quoque, quòd ex lictoribus nemo se equo descēdere iussisset,plenus iræ sedere perseue-

rauit. Quòd cũ filius sensisset, proximo lictori vt sibi appareret, imperauit: cuius voci Fabius cõtinuo obsecutus, non ego inquit fili summum Imperium tuum contempsi, sed experiri volui, an scires Cõsulem agere, nec ignoro Patriæ venerationi quid debeatur, verum publica instituta priuata pietate potiora iudico: quæ quidem refert Cassan. in catalogo glor. mundi. 7. parte, consideratio. 24. post mediũ, quem refert Anto. Gama, decisio. Lusit. 1. nu. 5. & 6. & mirũ in modũ conueniunt hæc nostro. c. in quo patrẽ & filium nõ vt priuatos, sed vt publicos Decuriones consideramus, in quibus differens coniectura est inspiciẽda ad materiam nostram, & similes, putà in processionibus, Cõcilijs, cõgregationibus, vbi filius gerit officiũ publicũ: in ijs enim filius præfertur Patri, nè cõtemnatur Decurionatus, & regendi frãgatur Authoritas, dũ nimia seruatur humilitas, vt inquit text. in. c. quãdo. 86. distinct. & ideò augere debet ex ingenio dignitatis statũ, & authoritatem, nè cõteptibilis videatur. l. nequicquã. §. circa. ff. de offic. procõsul. & . l. obseruandũ. ff. de offic. præsid. dũ tamen nimiũ quis se nõ eleuet, sed mediũ teneat, vt inquit Cassanæ. in catalogo gloriæ mũdi, in præfatione col. 3. & latius. ibidẽ in octaua parte, in consideratione. 6.

7 c [Non curatur.] Eò quòd in bonum publicum † hæc fieri præsumitur, in quo Patria potestas non curatur, vt inquiunt Doctores in. l. illud. ff. quòd cuiusq; vni. nomi. in omnibus enim casib. qui ad publicum ius pertinent pater & filius diuerso iure censentur, & in talibus patria potestas nõ curatur. l. nam quod. ff. ad Trebellianũ. maximè verò in spiritualibus †, vt est text. in cap. si an-
8 num. ad finem. de iudi. in. 6. in quibus nec Patria potestas, neque tutoria, aut curatoria, vt ibidẽ, curãtur, & not. Lamberti. de iure patro. art. 9. 2. q. princip. 1. partis. 2. lib. n. 16. & probatur in. l. filiusfam. ff. de ijs quæ sunt sui, vbi Doct. maximè Petr. Castalius, quòd in spiritualibus publicum ius versatur. & sic solent secundum Costalium. ibi à Patria potestate liberare spiritualiũ affectiones, & sic inquit text. in. l. 1. §. huius studij. ff. de iusti. & iure. ius publicũ ad sacra sacerdotes & magistratus pertinere.

d [In causa filij.] Sua enim esset Patris, cum æstimum filij, patris esse dicatur, vt diximus in. l. 1. titu. 3. lib. 2. Recopil. Pater enim & filius pro vno capite computantur, secundum gloss. in. l. 2. C. qui ætate. lib. 10. notab. secundum Baldum in. l. etiam. col. penult. C. de execu. rei iudi. & Alexan. & eius additio consil. 48. nu. 2.

volum.

volu.1.& ideò in sua causa iudicare non debet, vt in toto tit.C. ne filius pro patre.& text.in.l. qui iurisdictioni. ff.de iurisd.om. iud.& tex.in.l.9.&.10.tit.4.p.3.vbi expressè probatur, quod in causa filiorum siuè conueniat alios, siuè ipsi conueniantur, siue causa sit ciuilis, siue criminalis, siue ordinaria, siue delegata, pater non potest esse iudex†, de quo disputabat latè Abb.in.c.cum cō- 9
tingat.n.20. de foro cōp. Lucas de Penna, in.l.1.C.in quib.caus. colo.lib.10.nisi esset actio tempore peritura, secūdum.d.l.9.vel si consuetudine aliud habeatur, secūdum Ias.in.l.in emphyteuticarijs.nu.103.C.de iure emphyt.& Auend.c.11.Præt.nu.4.in fin.lib.1.& alijs modis limitant Doct.maximè Ias.in.d.l.qui iurisdictioni, & Abb.in.c.cum venissent.nu.6.de iudi. vel in actibus voluntariæ iurisdictionis, vt inquit Author.in præsenti & vide Soci.in Reg.203. iudex in causa, & in.d.l. qui iurisdictioni.

[Non habet locū.] Vt probatur in.l.cōsul.ff.de adoptio.l.apud e
filiū.ff.de manu.test.& ideò quis in sua causa potest corā se filiū emancipare, ex.d.l. si cōsul.vbi Doct.& Socin.in.d.regul. 203. f

[De Pragmatica.] Quæ ponitur pro lege.34.tit.6.lib.3.Reco. vbi remissiuè dixi in glo.1.

[Exclusis.] Vel melius solues cōtrarietatem hanc & obiectio- g
nem, si dixeris, quòd nihil obstat, eò quòd differūt multum propter interesse, quem debere à concilio eijci & exire, vel an pater possit votare pro filio, cum in primo casu certi simus de interesse, in secundo verò incerti, tum quia nescitur an pater pro filio votabit, tum etiā & quia ignoratur an ex voto Patris filius electus redundabit, & sic hoc modo huic difficultati responderi potest vltra authorem hic.

[Suspectas.] Sed nonnê in honorum & munerum prouisione h
tam vtilitas publica cōsistit, quàm etiam priuata, eò quòd Pater aut filius possunt reperiri electi ad officia, filius ex voto patris, vel pater ex voto filij, ergo secūdum membrū distinctionis Authoris nihil valet, sed adhuc dici potest esse bonā distinctionē, quia in primo distinctionis mēbro particulare horum commodum versatur, & ab Authore consideratur, in secūdo verò non horum, patris scilicet & filij, cōmodum principaliter attēditur, sed ciuitatis, cuius officia prouidētur, ideò in hoc pater & filius non excludūtur, licet vnus pro alio votare possit, in illo verò sic, quia quòd principaliter agitur & intēditur est cōsiderandum, vt diximus in.l.34.num.1.tit.6.lib.3.Recop.

CAPVT XIII.

An consiliarius possit se excusare ad sententiam proferendam.

SVMMARIVM.

Contradicere tenetur Decurio, aliàs illaqueatur peccato. numero. 1. & nume.4.

Decuriones obligati sunt ad loquendum & votandum.n.2.

Tacens iniustæ opinioni maioris partis non excusatur.n.3.

Tacere an liceat propter timorem vel verecundiam.n.5

Iussus principis quando iustum metum inducat.n.6.

Episcopi reuerentia an metum inducat. num.7.& ibi.n.6. an Episcopo mortuo reuocetur.

Simulans non audire præiudicat sibi, vt pro consentiente habeatur. numero.8.

Resolutio dictorum in additionibus.n.9.

Consensus præsumptus in tacente facile eliditur.n.10.&.n.9.declaro.

Consensus vim taciturnitas habet in casibus à iure expressis.n.11.& nu. 12.quod est materia brocardica.

Congruenter annectitur hic alia quæstio quotidie contingens, an Decurionibus congregatis ad aliquod negotium, quod proponitur in Concilio, si vnus non vult dare vocem
a an possit se excusare, & quãdo vult deliberare iam suprà tetigi a
Et quando videt quòd maior pars iustam vocem contulit potest tacere, quia nulli infertur præiudicium. Sed casus dubitabilis est, quando maior pars inclinat in partem deteriorẽ & ille non vult cõtradicere, quia contradictio sua nihil potest prodesse, an tunc teneatur vocem dare, & in hac quæstione Innocent.in.capit.1. de ijs quæ fiunt à maio.par.ca.tenet, quòd etiam in hoc casu tene-
1 tur cõtradicere †, alias illaqueatur peccato, & hoc sequũtur ibi
b Doctores in.c.2.de ijs quæ fiũt à prælat.[b] & Feli. in.c.nonnè. de præsumpt.quia quoad peccatum & ad pœnã sunt obligati ad lo-
2 quẽdum, & votum suum propalandum †, & probat hoc Abb. in d.c.1.ratione, quia quisque de vniuersitate debet votum suũ exprimere in concernentibus factum vniuersitatis ex debito offi-

cij.argum.

cij.argum.d.ca.1.de ijs quæ fiunt à maio.part.is autẽ,qui tenetur loqui,& tacet,habetur pro cõsentiente,vel cõtradicente quatenus cedit in eius præiudicium.l.de ætate.§.qui tacuit.ff. de interrog.acti.[c] ita dicendum in proposito. Alia etiam ratione potest hoc persuaderi,quia etiam si maior pars sit inclinata in partẽ deteriorem,vnus potest rationibus iustis contrariũ persuadere,& fortè potest trahere alios in sententiã suam,argum.l. sicuti.ff.de arbitr.vt dicit gloss.in cap.2.de arbit.in.6.Sed quæstio erit magis dubia,si pro certo scit,quòd in dando vocem nihil proficiet, & contradictio sua potest ei afferre aliquam indignationem, vel odium,an nihilominus teneatur votare,& si nõ faciat, incurrat pœnam & peccatum,in quo dubio reperio,quòd Caietanus,in quodam tractatu,quem intitulauit,Summula peccatorũ,versic. consensus,dicit hæc verba,& hinc habere potes,quòd si in communitate aliqua plura vota vincunt, & dum dantur vota aperta aliquis ex vltimis videns vnita vota præcedẽtium iam vicisse, & videns quòd suum votum in contrarium nihil prodesset,consentit ob aliquem humanum respectum iniusto facinori,peccat quidem mortaliter,quia consentit iniquitati †, non tamen tenetur ad restitutionem, quia consensus eius, nec est causa, nec concausa,secus si est de præcedentibus, quia licet præuideant subsequentes consensum daturos, non tamen cõsensus eorum à causarum numero excluditur: tum quia consensus antè omnes antecedentes sunt, & tendunt vere ad integrandum causam:tum quia in instanti homo mutatur, & propterea possent subsequentes dissentire,quorum nullum locum habet in primo casu,& tunc fit,vt si indignè secundum Deum,canonicè tamen electo alij cõsentiant,peccẽt quidẽ mortaliter,non tamẽ teneantur in conscientia de damnis spiritualibus & tẽporalibus subsequẽtibus:quia consensus eorũ,non est causa,ꝙ eligatur,sed consensus concurrens,vt consensus tantum,nisi cõsensus eorũ esset causa,vt confirmaretur:quod tamẽ non habet locum,quãdo scitur, quòd electio omnino erat confirmanda,& sic de similibus: hæc ille. 3

ADDITIO.

[a] [Tetigi.] Scilicet in capitul. nono huius libri. secundi,vbi & nos diximus alia. a

[b] [Prælat.] Istud dictum Innocentij † exclamat Abbas in cap. b 4

continebatur, col. fin. de electio. & singularizat idem Abbas in eodē cap.1.n.13.de ijs quę fiūt à maior.part.c.& in cap.vestra.n. fi.de.locato.& in.c.dilectus.el.2.n.9.de simo.& in. c. in causis. col.2.de electio.Ana.in. c veniēs.de simo.Alexan.in.l.quæ dotis.ff.solut.matr.latius Felin.in cap.cum oēs.n.11.&.12. de cōstitutionib.vbi tribus modis declarat, & post hęc vidi alios referentem Ioan.Gracian.in suis regul.& fallentijs, Regul.488.& tenet Franciscus Marcus, decisio. Dalphinali. 108.pertotam. Ex quo omnes isti dicunt, quòd vocati vt consentiant, vel dissentiant, si tacent habentur pro cōsentientibus: omnes enim assistentes of
4 ficio debēt suo superiori † resistere, si iniustè quid agat, vt.l. oēs iudices.C.de appellationibus.& ibi notatur de subditis Prælatorum, subditiq; tenētur resistere, alias dicūtur Prælatorū vitia venerari, ex text.In cap.admonendi.2.quæstione.7.& ca.negligere, notat Ancharran.consilio.158.versicul.Præterea vt dicatur, quod est verum quoties contradicendo potuit actum impedire, vt per Iasonem in.l. quæ dotis. num. 89. ff.soluto.matrimonio.& Petrum Pekiū, in regula qui tacet, num.5.de regulis.iuris. in sexto. quod destruere videtur supradicta, nam si minor vox maiorem iam manifestatam non potest impedire, non tenebitur contradicere, sed dic quòd non est contrarium, nam quomodo potest sciri impediri non posse, cum votum suum mediante quo posset alios in aliam & meliorem sententiam trahere, non emiserit neque declarauerit, sed tacendo in corde retinuerit, & ideò sciri non potest impediret necnè, & per consequens tenetur votum suum declarare, vt inquiunt Innocent. & sequaces.Item est aduertendum, quòd tertia declaratio proposita per Felinum, vbi suprà, scilicet, quod tacere licet pro-
5 pter timorem † vel verecundiam, non ita simpliciter procedere credo, nam quis Decurionum, vel canonicorum non veneratur & exhibet reuerentiam Præsidi aut Episcopo, & sic semper excusaretur nolens votare, & ideò non ita indistinctè debet intelligi limitatio Felini. sed tantum, quoties timor probabilis est, & in hominem cadens, & itidem reuerentia esset omnino debita & tenenda, & quod fuerit sufficiens ad tacendum: prout in effectu Felin.ibi se ipsum declarat, ex allegationibus ibi per eum adductis, & ex ibi per eum dictis.Nam & iussus
6 Principis †, seu eius præceptum non inducit iustum metum, nisi Rex soleat in suos sæuire, & minas in executione ponere,

secun-

secundum gloss.notabil.communiter approbatam in. cap. insinuante.verbo,metu Regio,qui cler. vel vouen. vbi inquit notabiliter metum non inducere iustum principis iussum, quam ibi omnes sequuntur, nisi Princeps talis fuerit, qui barbarico, ac tyrannico modo soleat subditos tractare, & voluit Abbas in capitulo. Abbas. not. fin. quòd metus causa Angelus in consilio.215. Felinus in capitulo causam matrimonij. column. 3. de offic.del.communis secundum Capit. decisio. Neapol.159. & tenet expresśe quasi in ijs terminis Ferdinandus de Loazes,in sua allegatione de Mula.1.dubio in respõsio.ad.4. argum.n.45. cum sequentibus aliquibus, nam cum in numeris præcedẽtibus asseruerit & latissimè deduxerit,iussum Principis metũ inducere,& excusare obedientẽ,ita vt in propositũ asserat ipse Loazes, in num.13.&.14. ꝙ si Canonicis præsentibus atque tacentibus Episcopus aliquid in eorũ damnum fecerit, possunt eo mortuo petere reuocari,& sola Episcopi reuerentia † metũ inducit, secundum Bald.in.l.si sine.C.de Adulter.neque cẽsetur quis consentire mandato illius,cui reuerẽtiam debet,secundũ Felin.optimè in cap.causam matrimonij.nu.4.de.offic.deleg.& ibi Decius num.7.isthæc tamen Loazes vbi supra num.45.cum sequentibus declarat,quoties Rex,Episcop⁹ vel superior tyrannicè procedunt,& solent sæuire in contradicentes mãdatis suis, nõ verò alias,& sic est declaranda illa tertia declaratio Felin.in dict.cap. cum omnes,nu.12.aliter enim non crederem eam veram,& destruerẽtur omnia supradicta,& ideò optimè dixit Author hic in præsenti teneri Decurionem votum suum manifestare,& cõtra dicere iniquè gestis,non enim Præsides metum inferunt,nec verecundiam causant,cui iustè & debitè & ex causa cõtradici non possit,imò potius iustas causas contradictionis admittunt,& sic nõ sunt his de causis timidi decuriones vel Canonici excusandi non audentes rationes suas proferre, trepidantes vbi nõ erat timor,contra quos inuehit gloss.in authen.de mãd.princ.§.si quis autem.collat. 3.de qua gloss. plura diximus in.l.14.num.33.cum sequent.tit.3.lib.1.Recop. & ita in expresso voluit tenere Abb. in.c.nonne.de præsumptio.per text.in cap.vno. §.porro.de despon.imp.in.6.contra quẽ tenet Decius in dict.cap.causam matrimonij.nu.7.de offic.deleg.ex text.in.l.penul.ff.de furt. & in l.si cum dotem.§.eo autem tempore. ff.solut. matri. vbi ille qui non contradixit propter reuerentiam non præsumitur cõsentire &

re & ibidem Decius nu. 5. iura hæc intelligit, quoties tractatur de excludendo consensum tacitum, quasi in eo sola verecundia sufficiat, prout in dict. nu. 7. ipse Decius dixit, & eius additio, litera. C. alios allegat, & de iuris rigore ista Decij opinio contra Abb. in dict. cap. nonnè tenenda esset, in practica tamen, vt inquit Feli. in eo. c. causam matrimonij. n. 4. non obtineretur, nisi per informationem constaret, tacentem tacuisse propter debitam reuerentiam, quia Præses côcilij, vel Episcopus in capitulo erant terribiles, ita Felin. in dict. nu. 4. & placet eius opinio & concordia, & laudat hanc Abb. doctrinam Ias. in. l. Titia. nu. 1. ff. solut. matri. vbi nititur duobus modis has côcordare opiniones: & sic declarandus est tex. in. d. l. penul. & in. d. §. eo autē tēpore. & §. porrò. vt ibidem optimè aduertit Felin. Item etiam nota, ꝙ
8 simulans † non audire, præiudicat sibi ità, vt habeatur pro consentiente, secundum Bald. in. l. suus hæres. C. de repud. hære. & Abb. in cap. nonnè. de præsumpt. nu. 1. col. 3. & Petr. Pekius in dict. c. qui tacet. ampli. 1. de regul. iur. in. 6. Vbi tamen expressus consensus requiritur tacens non habetur pro côsentiēte, vt per Ripam in. l. stipulatio. nu. 18. ff. de verbor. oblig. fol. 256. Ex qui-
9 bus resoluēdo † dicta teneo cum Authore, & cum illo Innocentij dicto, ꝙ verecundia vel timor vanus non excusabit à culpa, & pœna incursa propter taciturnitatem in nô côtradicendo id quod iniustè per maiorem partem collegij & capituli factū est, & votatum, & sic tacendo peccabunt, non tamen tenebuntur ad restitutionem si probabiliter cognoscūt ex aliorum negotiorum experientia & successu non posse mutare volūtatem & vota maioris partis, secus si intelligunt posse, prout & alijs vicibus factum est, nam tunc & ad restitutionem tenebuntur, secundū Caiet. in summa, verb. restitutio. c. 1. & Nauarro in Manuali. c. 17. n. 21. vtpotè quia est verè causa iniquæ collationis & volūtatis, vt in aliud propositum inquit Soto, lib. 3. de Iust. & iur. q. 6. artic. 2. in fi. de quo per Fratrem Iosephum Angles, in Floribus Theologi. q. 2. part. 2. in quæst. quis teneatur restituere in. 4. dubio. pag. 164. ad quæ multum deberent aduertere Decuriones, sed proh dolor, quot eorum tacent ob particulares affectiones vel vanos timores, in maximam animarum suarum perniciem, & ꝙ magis est dolendum, quòd de ijs fortaſsis côscientiam non faciunt. Verum tamen est, quod facilius elidetur metus tacitus ex reuerētia resultans, quâm expressus, vtpotè quia in tacito nô ita exa-

ita exacta requiritur probatio terribilis & asperæ Patris, Præsi-dis,aut Episcopi conditionis, sicut in expresso requiretur cõsensu,& hoc est,quod aliqui ex doctoribus inquiunt,quod consensus in tacente præsumptus † facile eliditur, cum expressus non sit,vt inquit Decius & alij tenentes contra Abb. & Couarru. in Quarto.2.p.c.3.§.6.n.5.&.6.idq; iudex bonus arbitrabitur attẽtis circunstantijs probatis in processu,& refert Matienço,in dialogo Relatoris.3. part.cap.20. num. 5. vbi allegat Tiraq.in legibus connubi. glo.5.num.58.Dubitãter loquentem, mihi tamen supradicta concordia Feli.applaudit,ita ꝙ in practica metus reuerentialis non attendatur nisi in casibus à iure expresis, & sic dici potest, quòd taciturnitas habet regulariter † vim consensus nisi in casibus à iure expresis, quorum tres refert Cassanæus in consuet.Burg.Rubr.14.§.7. *Le mari è la femme*.in text.*si ce nest du consentement*. nu.7. & ex Henrico,in dict.cap.nonnè.de præsumpt.alios decerpes, & Tiraq.in legib.cõnub.verb.*Exprez*.gl. 7.num.69.&.70.taciti enim & expresi regulariter par est conditio & potentia.l.cum quid.ff.si cert. peta. & ibi latè per Ias. & per Tiraq.in dict.glo.7.num.72.,& in.l.si vnquam. pag.347. nu. 76.& pag.237.num.156.relatos per Mincha.controuersi.illustri. cap.33.num.66.& in dict.glo.7.nu.49.cum pluri b.sequent. vbi latè refert quando vnum sit potentius altero,quòd dicatur tacitum,& quòd expressum:& de dictis an posit quis suæ voci renũtiare,vide text.& Doct.in cap.in causis. de electio. & de regulari.cap.ad Apostolicam. 10 11

[Interrogatio.] Hæc est materia † Brocardica,in qua vt inquit Abb.in cap.nonnè,de præsumptio.num.1.licet sit theorica nota,& in multis verificetur,tamẽ est nimis generalis, & ꝙ est Brocardicum habẽs ferè infinitos sensus, ita ꝙ omnes casus sub distinctione comprehendi non possunt, sed secũdum factorum diuersitatem,&.qualitatem,terminandi sunt, qua de causa ipse ibidem distinctione quadam procedit, de quibus tractatur etiã per Barto.& Docto.in.l.quæ dotis.ff.solut.matrim.& in.l.sicuti.§.eo autem tempore.eod.tit.& per Doct.in dict.cap. causam matrimonij.de offi.deleg.& in dict.c.nonnè.vbi optimè Henricus,& in Regula,qui tacet, & in Regula is qui tacet,de regul. iur.in.6.vbi per Modernum Petr. Pekium, resolutiuè plura adducuntur,& per alios vbicunque,quæ longum esset hic referre & integrum requirerent tractatum. 12

CAPVT

CAPVT XIIII.

An valeat quod facit maior pars.

SVMMARIVM.

Factum à maiori parte valere debet.num.1.& 3.per totum declaratur.
Casus vbi factum à maiori parte non valet.num.2.
Patronorũ maior pars an poßit præsentare minori parte non vocata.n.4.
Contemptus prosecutio an detur in alijs quàm electionis actibus num.5.
Minori parte contempta tacente valet electio. n. 6. & ibi quod spatium temporis requiritur in tacente.
Factũ à maiori parte incompetentibus pluribus, vt singulis nihil valet. n.7.& 10.
Socio vtilia per socium sine mandato poßunt expediri quia censetur mandatum habere in eis.n.8.
Quando dicetur quid competere pluribus vt singulis .nu.9.
Consensus vel vocatio absentium requiritur vbi negotium eorum est tractandum.n.11.
Remota contradictione vel appellatione est exequendum factum à maiori parte etiam si offeratur probatio.nu.12.
Consuetudo non valet quòd in actibus collegij non stetur maiori parti numero.13.
Reuocari alia die an poßit illud quod antecedenti die fuit factum per maiorem.n.14.

CIRCA determinationẽ Consilij & numerum Decurionum, qui faciunt consilium, & an requiratur maior pars, & quæ sit maior pars, de quo plurima scribuntur per Doct. in
a locis vulgaribus [a], quæ nõ est necesse referre, quia in omnibus locis, & ciuitatibus sunt statuta & cõsuetudines, & secundũ leges Regni nostri quando iam collegiũ est congregatum, quod facit
1 maior pars illorum, qui eo die venerunt † ad curiam debet vale-
b re, & ita interpretatur cõsuetudo [b]. Et possunt accidere casus, in quibus etiã si interueniat maior pars, si oẽs cõcorditer nõ sunt in
2 eadẽ sentẽtia, nõ valet actus, quos aggregat † Feli. in c. cũ eos. de
c d cõstitutio. [c] & nõ cõtradicit lex ordinamẽti [d], imò cõcordat, q̃a nõ dicit, q̃ stetur sentẽtiæ maioris partis, sed q̃ fiat id, q̃d de iure

est,

est, & sic quod maior facit pars. l. q maior. ff. ad municip, cũ con cordantijs, & tũc fortè eueniet, quod dicit Liuius, in princ. secũdi Belli Punici: maior pars meliorẽ vicit; & dicit libr. fin. Plin. in Epist. quod refert Budæus in ff. de senatori. hæc verba, Numerãtur enim sententiæ, non ponderantur, nec aliud in concilio publico fieri potest, in quo nihil tam inæquale, quàm æqualitas ipsa, nam cum sit impar prudencia, par omnium ius est.

ADDITIO.

[Vulgaribus.] Et supra in lib. 1. c. 2. in additionibus diximus. a

[Consuetudo.] Vt diximus in dict. c. 2. dict. lib. 1. supra in ad- b
ditione, & hoc est de iure, q factum à maiori parte valere debet. vt in toto titu. extra de ijs quæ fiunt à maio. par. c. &. l. quòd maior. ff. ad municip. & latissimè Felin. limitans multis modis, in c. cum omnes. de constit. col. 16. decla. 4. & optimè & succinctè, Orosc. in l. & suum. §, hodie. nu. 3. cum sequent. col. 823. cum sequen. ff. de pact. In negocio enim vniuersitatis omnium consensus requiritur, & si dissentiãt obtinebit cõsensus maioris partis, vt extra de tempor. ordi. c. Episcopus. de electio. cap. cum nobis olim. 65. distin. cap. sanè. l. aliud. §. refertur. ff. de regu. iur. l. q maior. ff. de cõtr. empt. l. q maior. supra allegat; & in Regio cõsilio sic esse obseruandum. disponit. l. 7. tit. 14. lib. 2. Recop. In negotijs tamen priuatorum cõmunibus omnium eorum cõsensus requiritur, quorum res agitur, & ad quos negotium pertinet, vt cap. quod oẽs tangit. de reg. iur. in. 6. 66. dist. Archiepiscopus, de tempor. ordi. cap. si Archiepiscopus. qui filij sint legi. per venerabilẽ. C. de autho. præst. l. fi. ff. de adoptio. l. nam ita. ff. de seruit. præd. l. per fundum. ff. de aqua plu. arcen. l. in concedendo, notat Ioan. Gracian. in suis Regulis & fallent. Regula. 95. Casualiter tamen contingit contrarium, q ob fauorem debitoris statur maiori parti creditorum, licet illi non constituant corpus, vel collegium, vt. ff. de pactis. l. iurisgẽtium. §. fi. & l. & suum hæredem. §. hodie. eiusdẽ titu. de cuius declaratione vltra Doct. ibi latè tradit Lambert. de iure patro. arti. 8. q. 2. principa. lib. 2. n. 19. cum sequent. & remissiuè per Dueñas in Regula. 294. Ex quibus vt clarius procedamus colliguntur duæ Regulæ cõmunes & singulares per Felin. in dict. c. cum omnes. de constitu. & alios ibi, & in cap. quòd omnes tãgit. maximè per Petr. Pekium, ibi & per Lambert. vbi supra, & per Doct. in dict. l. quòd maior. & in dict. capit. 1. de ijs

quæ

quæ fiunt à maio. parte cap. & per Ducñas in Regula.295. cum sequen. & Capitium decisio. Neapol.192. vniuersitas terræ, & in alijs pluribus locis. Et harum erit prima Regula, quòd in rebus & negotijs vniuersitatis, quæ sunt communia pluribus vt vniuersis valet id, quòd facit maior pars, ex dict. l. quòd maior. ff. ad munici p. & ex similibus supra allegatis, & ex glo. tractatus in cap. 1. de rebus eccles. non alien. libr. 6. in Clem. pastoralis. in prin. in versic. plures. de rescript. de cuius Regulæ probatione plura vtilia allegat Dueñas, in Regula 296. factum à maiori parte in rebus collegij, vbi allegat quàm plures Doctores eam ampliantes & limitantes latissimè, & vnam ex dictis limitationibus, scilicet in ijs, quæ sunt gratiæ, refert Menefes in l. aquam. nu. 3. C. de seruit. & aqua, & alias Oroscius in d. §. hodie. col. 824. in princi. vbi in refirmatione officialis antiqui idē esse dicit, prout & ego retuli in l. 4. titul. 5. lib. 3. Recopil. Item † tūc valet factum à maiori parte, nisi minor contemnatur, ità, quòd vocata nō sit, cū debuerit vocari, nam tunc nihil valet minori parte agente de contēptu, secūdum omnes in cap. 1. de ijs quæ fiunt à maio. par. capit. & ca. bong el. 2. de electio. & rex. in l. 10. col. fin. tit. 14. par. 1. & Auend. capit. 19. Præto. nu. 14. lib. 1. vbi allegat Responsum Ripæ ad hoc, quod est secundum meā impressionem. 29. & dixi in capit. 2. supra. libr. 1. in additio. quòd intellige vt per dictos, si minor pars agat de contemptu non verò aliàs, vt & inquit Frāc. Marcus, decisio. Dalphina. 1340. nu. 2. vbi & declarat ad quem pertinebit & deuoluetur tunc electio. & in decisio. 1391. num. 1. quærit an ratificare contemptus posit vnam ex duabus electionibus ex eodem scrutinio resultantibus & an iudex ex suo officio posit allegare contemptum alicuius de capitulo, vide Abb. in genesi. colu. penulti. de electio. relatum per glossam l. 10. titul. 14. parti. 1. in gloss. fina. Item intellige dummodo conueniantur, & congregētur vt collegium, secus verò si tanquàm singuli, quia tunc non posset minor agere de contemptu, secundum Lambertinum de iure patrona. articul. octauo. secundæ quæstionis principa. libr. 2. num. 10. ex quo ipse ibidem num. 9. inquit communem esse opinionem, maiorem partem patronorum posse præsentare † etiam minori parte non vocatà, quia non spectabat ad eos tanquam ad collegium, secus verò si quoad tale spectaret, vt ibi per eum, & in hoc casu verificatur id quod per Doctores dicitur, quòd plus operatur vnius collegatum contemptus, quàm contradictio multorum, se-

3

4

rum, secundum Lamberti. dict. num. 10. & probat lex. 10. colum. fina. titu. 14. parti. 1. Sed an in alijs actibus quam electionis † habeat locum prosecutio contemptus, dic quòd sic, in casibus in quibus absentes sunt vocādi; secundum Abb. in capit. bonæ, el. 2. de electio. & Francis. Marcum. decisio. Dalphin. 1340. nu. tertio. & gloss. fina. in d. l. 10. titu. 14. parti. 1. Item est aduertendum, quòd contemptus minoris partis capituli non reddit electionem nullam, sed annullandam, ex capit. quòd sicut, de electio. & ideo minori parte contēpta tacente † validatur electio, secundum quòd diximus in dict. cap. secundo. libri precedentis, & Lancelotus, in institut. canonicis. tit. 6. de electione, sub cap. 3. & 4. cum glossis ibidem per eum appositis, & sic per sex mensium spatium tacendo firmabitur electio, vt per Abbatem in cap. 2. nume. 8. & 9. de ijs quæ fiunt à prælat. sine cons. capit. de quo traditur optimè per Franciscum Marcum, decisio. 1342. & per eundem Abb. in cap. quòd sicut. col. 3. de electio. Si verò cōtemnatur maior pars capituli redditur electio nulla per id quòd habetur in capit. quia propter. de electio. & sic ratificari non poterit per contēptos, secundum Franciscum Marcum, decisio. 1340. num. 2. & sic ex temporis diuturnitate non confirmabitur, ex cap. auditis. de electio. & traditur per Imolam in dict. cap. 2. col. 4. in fine cū sequēt. extra, de ijs quæ fiunt à prælat. qui tandem tenet tutius esse tenere cum glos. fina. in dict. capit. nouit. de ijs quæ fiunt à prælat. quòd indistinctè electio sit nulla ipso iure contēpta maiori aut minori parte, & quòd sic quandocunque agatur de contemptu audiatur, ea tamen non agente valida sit, nisi terminus assignetur ad agendū: nam tunc eo elapso taciturnitate, amplius nō audietur pars contempta, secundum Lambertinum, de iure patrona. artic. 26. sextæ quæstionis princip. secundæ partis, libri secundi. nume. 16. cum sequētibus. vt in casu proposito per Franciscū Marcum, decisione 1342. nume. secundo. & quomodo tunc ratificabitur, quòd nō immerito non est gestum, dic quòd est impropria ratificatio, secundum Abb. cap. quòd sicut. de electio. & Lancelot. vbi supra. §. quarto. glo. ratam. Tertius tamē aliquis volens opponere electioni factæ tales Rectores, vel canonicos nōn interfuisse nihil valeret, quia sua non interest contemptum illorū prosequi, secundum Bebuffum in tracta. de compen. ali. rerum ecclesi. num. octauo. & iterum in tracta. de nomina. quæstione 4. nume. 17. & sic successor in canonicatu non potest agere de contemptu antecessoris sui,

ris sui, secundum Innocentium in.c.q. sicut.colu.2. de electio. relatum & sequutum per Antq. Cuchio, in libr.2. de institutio.
7 cano.tit.14.de canonicis. in fin.verbis. Secūda regula est †, q. factum à maiori parte in ijs, quæ sunt communia pluribus vt singulis, etiam si essent mille, non valet, nisi omnes consentiant, ex.l. per fundum.ff.de seruitu.rust.præd.c.q. omnes tangit.de regul. iur. in.6. & ex alijs iuribus allegatis per Capitium dict.decis.152. & Felin.in.d.c.cum omnes.n.15. & per Dueñas, reg.295. quam septem modis limitat Felin.in.d.nu.15.& Dueñas, vbi supra, tribus limitabat modis, ex quibus vnus erat, scilicet, nisi minor pars vellet vti re communi ad vsum destinatum, nam tunc posset & valere id, quod ageret, ex glo.1.in.d.c.cū omnes. quam sequūtur relati per Dueñas, in d. limit. & hoc quia potest socius vti re communi ad vsum destinatū inuito socio, secūdum Additio. Abb. in.c.inter dilectos.nu.17.litera.C. extra. de fide instr. vtile enim quod est inuito socio fieri pōt, prout oēs tenere asserit Orosci. in l.ius ciuile.n.24.col.42.ff.de iust.& iur. nam in ijs, quæ vtila sunt
8 socio, censetur socium † habere mandatū, secundum Ripam in l.serui electio.§.Labeo ait.nu.16.de legat.1.& ibi Alex.& Ias.& Doct.in.l.1.C.qui test.fac.pos.idem Iasin.l.quominus.à.n.158. vsq; ad.163.ff.de flumin.& Pal.Rub.in rub.§.47.nu.14.de don. inter vir.& vxo.& remissiuè Auend.c.4.prę.n.21.versi.& sic habentes, lib.1.& sic secundum Innoc.& in.c.fi.de ijs quæ fi.à prælat.& per Abb.in.c.fi.nu.4.de ijs quæ fi.à maio.part.cap. Maior pars capituli cum Episcopo pro vtilitate Ecclesiæ potest aliquid statuere de rebus Ecclesiæ singulariter & specialiter ad canonicos pertinentibus, & ex ijs multa possent inferri, quæ tamē, quia essent extra propositum missa facio, sufficit enim scire ad nostrā materiā dictas duas regulas. Et quādo dicetur quid cōpetere plu-
9 ribus † vt singulis, vide per Felin.in d.nu.15.& Roma.consil.352. nu.11.& 12.& aliqua exempla adducit Capitius, decisi.152. vbi circa nemora, & pascua adducit aliqua dubia. Aduertēdum etiā est, quòd factum à maiore parte collegij vel vniuersitatis in præ-
10 iudicium singulorū de vniuersitate † non tenet nisi omnes consentiant, ex glo.in.l.2.C.quæ sit lon.cons. quam ad hoc limitando hanc Regulam quatuor modis allegat Dueñas, Regula 296. & sic secundū enim ibi Regula.46. appellari potest ab statuto facto in odium, vel præiudiciū particularis personæ, imo & in nego-
11 gotio arduo vbi tractatur de præiudicio † absentium, requiritur

quod omnes sint præsentes, aut saltem vocati, iuxta not.per glossam & Doctores in cap.cum omnes.de constitutionibus. per Abbatem in cap.1. de ijs quæ fiunt à maio.parte cap.tenet eos referens Franciscus Marcus, decisione Dalph.731.num. 8. Ex quibus remanet vera conclusio.quòd factum à maiori part. collegij, in forma Collegij & simul conuenientibus, vt inquit Felinus in dict.cap.cum omnes.num.24.cum sequentibus aliquibus, validum est, & obseruandum, imo & exequendum non obstante contradictione, vel appellatione minoris † partis, ex 12
text. & ibi Abb. & alijs, in cap.1.de ijs quæ fiunt à maio.parte, cap.adeò vt etiam si probatio iustificationis in continenti offeratur, nihil obstet executioni, tum quia in extraiudicialibus non sufficit obiectus exceptionis, vel cōtradictionis legitimæ, etiā si illius fuerit oblata probatio, quia extraiudicialia non suspenduntur appellatione; vt latè per Francum, in cap.bonæ.num.34.cum sequentib.de appellationib.& Lancelotum Deciū, in tracta. de attentatis, in præfat.secundæ partis.cap.12, num.113. pagi.184. tum etiam quia cum procedendū sit in hoc casu appellatione remota, tollitur facultas iustificandi appellationē per oblationem probationis, tum etiam quia cum sit præsumptio pro factis à maiori parte, nihil obest dicta oblatio probationis, ita succinctè has tres rationes considerauit Imol.in cap.1.de his quæ fiunt à maio. part.cap.col.1.& 2.& iterum in cap. cum inter canonicos. col. penult.in fine.cum sequent.de electio.quicquid voluerit Innocent.in eod.cap.1.vlterius notandum quòd non valet consuetudo, quòd in actibus gerendis per cap.vel collegiū non stetur maiori parti †, secūdum Henricū, in dict.cap.1.de ijs quæ fiunt à maio, 13
par.& ibi Imol.optimè in col.2.& melius super glo.fin.& Afflictis decisio.1. vbi & declarat an præses debeat sequi maiorē partem. Est tamē singularis & optima quæstio & quotidie dubitata in collegijs & capitulis, nunquid quod semel fecit & ordinauit pars maior vna die, poterit altera die reuocari per maiorem itidem partem † congregatorum in collegio, consilio, vel cap.an 14
verò requiratur omnium consensus, & in hoc dicendū est posse, secundum Felin.in.d.c.cum omnes.n.17. nam qui potest construere potest destruere, & eadem solennitas requisita ad actum conficiendum, sufficit ad destruendum, vt latißimè per Abbatem in sermone habito per eum in concilio Basiliensi, incip. maximum onus.quod tamen declarabit modis sequentibus. Primò

H vt non

vt non procedat quoties aliquid ab omnibus esset concorditer ordinatum, vel esset contra ius commune id, quod post in reuocatione tractatur, secundum Baldum in l. fina. C. de author. præs. quem refert Additio. Bartol. in. l. quòd maior. ff. ad municip. Secundo nisi reuocare in voluntate consisteret, nam tunc non licebit nisi omnes consentiant, secundum Innocentium in cap. humiles. de maio. & obedien. Tertiò quoties id, quod fuit factum à maiori parte redundaret in contractum, vel quasi contractum cum tertio aliquo, nam tunc reuocari non posset, secundum Bartolum in. l. omnes popoli. num. 29. ff. de iustitia & iure. vbi Orosci. col. 64. communem dicit ex text. expresso sic intelligendo in. l. quòd semel. ff. de decre. ab ordin. faci. & Paul. Castr. in. l. nulli. §. penult. ff. quod cuiusque vniuer. nomi. & Bellonus consilio. 39. num. octauo. & Iason consil. 1. volumi. 1. num. 3. versic. pro hac parte. & idem Bellonus consil. 38. num. 7. & hoc nisi ex publica causa & propter bonum publicum, secundum textum in eadem. l. quòd semel. deberet tamen fieri adhibito bono cambio, vt diximus latè in. l. 1. tit. 1. lib. 4. Recopilationis. Item nisi ille tertius cum quo contractum est sit ingratus, nam tunc reuocari posset per maioré partem, ex. l. Titius. ff. de obsequijs à patro. Paul. Cast. in. l. digna vox. C. de legibus, vel quoties ille cum quo est contractum est subditus eorum, nam tunc idem erit, ex cap. in nostra. de iniur. secundum intellectum Innocentij, Antonij, Cardinalis, & Abbatis in capitul. nouit. de iudicijs. & notat Oroscius, vbi supra. num. 104. Alia de maiori parte diximus in additio. fin. ad. c. 2. lib. 1. supr. & supradicta notabis quia omnibus conueniunt collegijs, capitulis & vniuersitatibus tam secularibus quàm ecclesiasticis, & non sic congesta ac digesta reperies. Sed an syndicum semel constitutum & nominatum posit ciuitas reuocare, dic quòd sic, cum Angelo in. fin. Instit. de curatoribus. quem refert Franciscus Marcus, decisione. 802. in fine.

+c [De constitutionib.] Et Oroscius in. l. & suum. §. hodie. ff. de pactis. n. 3. col. 824. in princip.

d [Ordinamenti.] Quæ est. 5. titul. 1. libr. 7. Recopilat. Regiæ.

CAPVT

CAPVT XV.

Quod remedium habeat minor pars, quæ eſt victa à maiori.

ALIAM quæſtionem huic coniunctam proſequitur Innocent. in cap. 1. de ijs, quæ fiunt à maio. part. cap. quem ibi ſequuntur Doct. quid debet facere minor pars, quæ fuit victa à maiori parte, & dicit Innocentius quòd non erit appellare neceſſe, ſed ſufficit contradictio, & illam contradictionem poteſt proſequi coram ſuperiore, argumẽto cap. concertationi. de appellationibus. in ſexto. hoc etiam diſponitur per leges Regni noſtri [a], vbi ſunt ordinamenta, quòd minor pars poteſt proſequi corã ſuperiore grauamẽ, quod infertur, & dicit Abbas. in dicto cap. 1. ꝙ vnus ſolus iuſta ratione motus poteſt cõtradicere ordinationem maioris partis [b], & ſic quando minor pars cõtradicit, vel iurati ſeu tribuni contradicunt, & appellãt, appellatione, vel contradictione non obſtante, mandabitur ordinatio maioris partis executioni [c], licet poſtea per ſuperiorem poſsit reuocari [d], & in hoc apellatio habebit effectum deuolutiuũ, nõ ſuſpenſiuum, ſicut in pluribus alijs contingit. [e]

ADDITIO.

[Regni noſtri.] Quæ eſt. l. 6. tit. 1. lib. 7. Recopilationis. a

[Maioris partis.] Vt cap. præcedente diximus. b

[Executioni.] Vt in gloſſ. magna ad fin. in cap. præcedente vidimus latè. c

[Reuocari.] De quo vt ſupra, lib. 1. cap. 2. n. 10. & n. 11. an vt attentata reuocabuntur interim acta. d

[Contingit.] De quibus in. l. 6. tit. 18. lib. 4. Recopilationis, vbi diximus aliqua. e

CAPVT XVI.

Cuius expenſis minor pars cauſam proſequatur.

SVMMARIVM.

Factum ſuum maior pars defendit expenſis collegij, quas non reſtituit

etiam si succumbat nisi de euidente calumnia constet.n.1.
Minor pars proprijs expensis prosequitur causam,nisi sit talis,quæ aliundè non habet,& à quo repetet.n.2.&.3.
Aduersarius diues expensas soluet pauperi.n.4.vt ibi.
Commodum in consequentiam obueniens non habetur in consideratione. numero.5.
Impendens aliquid pro aliquo etiam inuito potest ab illo repetere actione negotiorum gestorum.n.6.&.7.declaratur.
Expensæ factæ pro inueniendа re alterius perdita repetuntur actione negotiorum gestorum.n.8.
Eligentes malè solent in expensis condemnari.n.9.

PRæteritam quæstionem concomitatur alia non minus vtilis,estò quòd sentẽtia maioris partis valeat,& sit tradita executioni, & minor pars contradicens prosequitur contradictionem coram superiore,dubium est, cuius expensis ambæ partes litigabunt:quia iam videtur quæstio inter singulares,& quòd non tractatur causa Reipubl. & hanc quæstionẽ examinant Doctores antiqui & moderni in.c.cum inter canonicos.de elect.&
a in cap.vt præteritæ.eod.tit.[a] de quorum mente deducantur sequentes cõclusiones.Prima cõclusio est,quòd factũ à maiori par
1 te † capituli prosequetur expẽsis collegij seu vniuersitatis etiam si succũbat maior ipsa pars nõ restituet expẽsas,nisi euidẽter constet de improbabili causa maioris partis:quia tũc restituet expensas vniuersitati.Secunda cõclusio,ꝙ minor pars si vult prosequi
2 † causam faciet hoc ꝓprijs expẽsis,nisi persona sit talis quæ nõ ha
b beat aliũdè[b],& ꝓsequitur prima facie causam probabilẽ, finita autẽ causa si obtineat minor pars,& ex illa sententia vniuersitas
3 c recipiat commodum[c],potest minor pars †, quæ obtinuit vtiliter,recuperare expensas illas ab vniuersitate actione negotiorũ
d gestorum[d], & hanc differentiam colliges ex dictis Doctorũ in
e dictis locis[e],& in practica erit tibi vtilis & accidit quotidie.

ADDITIO.

a [Eodem tit.]Et per Oldrad.& alios relatos per Auend.in cap. 19.Præto.num.27.in fine lib.1.

b [Aliundè.] Sed quis sibi tunc expensas ministrabit,& in hoc ex dictis per Couarru.in practic.capit.6.numero.5.&.6. & per Asinium,in practica ciuili.§.32.capit.2.ampliat.30.&31.crederẽ
4 ab aduersario diuite † soluendas esse, si perpenso statu litis & causæ,

causæ, constaret aliqua non leuis præsumptio pro iure actoris pauperis: sicut & in causa matrimoniali id ita statuitur ex ca.20. Sessione.24.de reformat.in Sacro Concilio Tridetino, & idem quod Couarru.disputat Lara in.l.si quis à liberis.§. si vel parens: num.42.fol.120.ff.de liber.agnoscen. & plures personas, quibus lite pendente fit expensarum & alimētorum prouisio refert Asinius, vbi supra, ampliatione.23.cum sequētibus aliquibus, quanuis difficulter in practica iudices persuadebis ad hæc, hoc et deberent hæc omnino seruare, Stylus tamen & practica plurimum circa ipsos operabitur.

[Commodum.] Quasi secus si commodum concilium, vni- c
uersitas, vel capitulum non reciperet, nam tunc censeretur ex propria voluntate, affectione & interesse particulari minorem partem litem mouisse, & sic ei non essent soluendæ expensæ litis, quantumcunque vicisset in causa, quoniam res sua principaliter agebatur, non vero vniuersitatis, concilij aut capituli, quibus nihil commodi ex lite illa obuenit, & sic nihil soluet, argum. text.in.l. ex parte.ff.fami.hercisc. notat Roman.sing.666.incip. expendens in causa. & Hippolyt.consil.10.nu.46. & consil.25.
nu.12. &. 13. nam & commodum † etiam alicui obueniens in 5
consequētiam tamē, non habetur in consideratione, secundum Auenda.cap.10.Prætorum.nu.24.in fin.lib.2. & iterum eodem lib.2.cap.14.num.20. in fine.

[Negotiorū gestorum.] Quotiescunq; enim quis impendit d
etiam pro inuito † expensas aliquas, quæ quidem impensæ respi 6
ciunt Reipub.interesse, aut similem causam, licet impendat pro inuito potest ab illo repetere actione negotiorum gestorum, secundum Bart.Socin.consil.26.n.17.volu.1.id probans ex iuribus & Doctoribus, & ex doctrina illa de cōdemnato ad pœnam corporalem si pecuniariā non soluerit, nam si eo inuito ego soluam ab eo repetam actione negotiorū gestorum, pro quibus est optima.l.25.cum quatuor sequēt.tit.12.part.5.& ibi Gregor. Lupus alia dicit, & infra, in cap. 18. post medium, versic.sed circa hoc, idem repetit Author, & hoc dum tamen vincat in lite, secus verò aliàs, nam negotiorum gestor, qui succumbit etiam in bona li
te †, non repetet sumptus litis.l.iam tamē.§.in hac. ff. iudic.sol. 7
not. Bald. in consil.8.erant quinq;, volu.3. Sic & expensæ factæ
pro inuenienda re alterius perdita, actione negotiorū † gestorū 8
repetuntur, secundum Bart.l.falsus.§.qui alienum.ff.de furtis.&

H 3 in plu-

in pluribus alijs personis & rebus relatis per Bertach.in tract. de Episcopo.1.part. libro.3. qualiter eligatur Episcopus. num. 57. vsque ad.60.& faciunt etiam dicta per Ripam, de peste.1.part. 2.partis.titu.1.num.90.folij.

c [In dictis locis.] Et in cap.cupientes.§.fi.vbi optima gl.de electio.in.6.vbi Doct.maximè Monachus.n. fi. & solent in expen-
9 sis † eligentes malè, vel propter inimicitias condẽnari, secũdum tex.in.l.1.C.de sumptu recupera.lib.10.not. Auiles. c.17. Praet. verb. *Elijan*.n.9. nominãs enim aliquẽ indebitè tenetur ad sumptus,secundũ Bart.per tex.ibi in.l.2.n.12. C.de Decurio.lib.10. & deberet sic fieri praesertim in collegijs & consilijs vbi adsunt partialitates,in quibus multoties malè eligũt propter traditiones suas & ob defendendam suam partialitatem potiusquàm ob vtilitatem & commodum Reip.quòd est maximè fugiendum.

CAPVT XVII.

Si Decuriones sunt in pari numero quid faciendum.

SVMMARIVM.

*Gratificationi quando locus fit. num.*1.
*Gratificatio debet fieri cum iudicio rationis.num.*2.

ALIA quaestio cõtingit egens decisione: iam dictum est, ꝙ in discordia Decurionũ debent seruari statuta loci, & ijs deficientibus ius cõmune,quod sequitur votum maio-
a ris partis [a] congregatorum. Sed aliquando sunt in pari numero, quid tunc erit faciendum,& in aliquibus locis est cõsuetudo, ꝙ potestas gratificat,cui vult, & talis consuetudo erit seruanda,& credo ꝙ ista cõsuetudo habet fundamentum iuris, quia in pluribus actibus reperitur,ꝙ si aliqui discordant,& dissentiũt,in acti-
b bus extraiudicialibus iudex eligit,& gratificat [b], vt Barto.in.l.in vẽditione.§.si vnus.ff.de bon.autho.iud. poss. & in.c. cũ autem. de iure patro.per Abb.& alios,& per Bart.& Alex.in.l. duo iudices.ff.de re iudic.& hinc possem furto asportare vltra decem cõ
c clusiones aggregatas per Felin.in cap. 1. de treuga & pace. [c] limit. 6. sed à tot saltuarijs nolo in furto deprehendi.

ADDI-

ADDITIO.

[Maioris partis.] Vt supra, lib. 1. c. 2. & isto lib. 2. cap. 14. dixit Author & nos in additionibus ad eum. a

[Gratificat.] Melius locutus esset Author si verbũ hoc, gratificat, ita generaliter & indifferẽter non apponeret, sed aut omitteret illud, aut sin minus, cũ grano salis (vt dicitur) illud declararet scilicet, vt gratificationi tũc esset locus, quoties data paritate votorũ daretur etiã paritas in rebus vocatis, ita quod vna nõ præcedit alterã vtilitate, cõmodo vel honore vniuersitatis, cõcilij, aut Ecclesiæ, data enim in omnib' paritate locus est gratificationi †, nõ vero aliàs, vt probatur ex tex. in. c. quoniã. de iure patro. & in. c. si fortè. 63. dist. formaliter enim ibi dicitur, quod si in plures partes fundatorũ se vota diuiserint, ille præficiatur Ecclesiæ, qui maioribus iuuatur meritis, quæ iura ad hoc allegat Rochus, de iure patro. in verb. honorificũ. n. 40. vbi alia cõsiderat in propositũ vrgẽtia, & Lambert. de iure patro. in art. 1. 5. q. princ. 3. part. 2. lib. n. 1. cum seq. & iterũ ibidẽ in. 18. arti. nu. 2. non est enim gratificationi locus vbi iura non sunt paria, vt ibi per eos, & magis cõmunem testatur opinionẽ Abb. in. c. cum. M. nu. 14. de constitu. debet nãq; gratificatio † fieri cum iudicio rationis, vt notatur in cap. cum autem. & ibi omnes. de iure patrona. & Lambert. vbi suprà. artic. 17. num. 9. fol. 196. in nouis, & sic non sine mysterio, Bart. & Alex. nu. 15. in. l. duo iudices. ff. de re iudic. non gratificationem, sed electionem iudici committunt, vt eligat vnam ex partibus à pari numero votorum nominatis, ita vt cum iudicio rationis id debeat iudex facere, eligendo illam partẽ, quæ sit vtilior & conuenientior Reipub. non autem minus vtilem ac conueniẽtem, aliter enim & in conscientia iudex malè sic eligens & in iustitia tenetur Reip. Ecclesiæ, vel vniuersitati ad resartionem damnorum ex sua iniqua gratificatione resultãtium, nisi aliqua iusta ex causa excusare se posset, putà quia dubium erat an altera pars esset securior, aut vtilior, vel quia motus fuit consilio Doctorum, aut virorum sapientium, & timoratæ conscientiæ, prout per iudices discretos & conscientiæ suæ amatores fieri solet, & considerari, & considerandum est, non vero indiscretè & insulsè debet gratificatio fieri, vbi ei locus nõ est, neq; est eligẽda pars inutilior, neque suam sententiam debet iudex præcipitanter proferre, sed pensatè & cum rationis iudicio, vt post hæc vidi Consultum per Franciscum Marcum, decisio. Dalphin. 5.

c [De treuga & pace.] Non reperi Felin. tale quid dicentem, neque tractantem ibidem, sed voluit eum allegare, in Rubrica, num. 7. & 8. eodem titu. de treuga & pace.

CAPVT XVIII.

Quæ sit authoritas & Potestas consilij legitime congregati.

SVMMARIVM.

Præses proponit in consilio, ipse tamen non ordinat, nec reformat, sed consilium. num. 1.

Appellari potest ad Præsidem de ordinatis in consilio licet ipse maiori parti assenserit. num. 2.

Præses non habet vocem in concilio. num. 3.

Concilium repræsentat totam ciuitatem & populum. nu. 4.

Præmium causa cognita capienti malefactorem constitui potest per Præsidem & consilium. num. 5.

Manumißio seruorum spectat ad Decurionum consilium. nu. 6.

Ambasiatores mittere ad Regem, pertinet ad consilium. nu. 7.

Pretium rebus omnibus potest per Decurionem apponi. num. 8.

Legi non derogatur ex desuetudine. num. 9.

Præses non potest bannire sine consensu ciuitatis. nu. 10.

Decurioni pauperi expendenda sunt à consilio alimenta. nu. 11.

Decurionum ordo potest syndicum constituere. num. 13.

Decurionum ordo potest certis personis immunitatem concedere. nu. 12.

Nomina Decurionum, an debent poni in syndici constitutione. nu. 14.

Syndicus si non prosequitur negotium, an aliquis de populo poßit illud prosequi, vel de nouo inchoare. num. 15.

Clerici inuito capitulo non possunt prosequi iura Ecclesiæ, nisi quando res eius malè alienatæ sunt. num. 16.

Prælatus præfertur capitulo in casu, in quo capitulum admittitur inuito Prælato. num. 17.

Capiens bannitum propria authoritate potest ab vniuersitate recuperare expensas in captura factas. num. 19.

Ecclesia & Respub. propter negligentiam administratorum suorum possunt amittere ius suum. num. 18.

Adiuncti

Adiuncti ordinario Decuriones ordinarij sunt.n.20. d
Iudices adiuncti ordinario si sunt discordes possunt assumere tertium.nu. 21.& n.22.quòd triplex est consilium.

VTilior quæstio totius tractatus est inuestigare quid possit facere cōsilium [a]authoritate Præsidis cōgregatum,& quid a in eo consilio possunt facere Præsides,vel Potestates terrarum,& de iure communi hoc erat expeditum, ꝙ Præses conuocat [b] Consilium,& est maior & superior,& facit propositioné [c] b c in consilio,super qua debet deliberare [d] cōsiliarij, sed ipse Præses non ordinat,nec reformat,sed consilium †,ita tenet Bar.per d illum text.in.l.2.C. de Decurio.libr. 10. per text.in.l.2.ff.ad 1 Velleia.& illud sequitur Ioan.de Platea,ibi,& idem tenet Angelus,vbi dicit, quòd ad solum Magistratum cōpetit facere propositam,ad Decuriones verò prouisio officialiū,Rector vero ciuitatis nihil aliud ibi facit quàm procurare vt expediatur negotia,& consentire ijs,quæ à maiori parte fiunt,& licet cōsentiat,nihilominus ad ipsum potest appellari [e]:† ab eo,quod eius cōsensu & e 2 propositione factum est,quod & tenet Bald. eleganter in.d.l.2. C.de Decurionib. lib. 10. cum hoc concordat lex ordinamenti [f] situata in titulo de los concejos,libro.6.quæ.dicit hæc verba, f *Ordenamos que vala e sea firme lo que fuere fecho y acordado y ordenado por el dicho concejo,que la nuestra justicia los oya y haga sobre ello lo que fuere de derecho.* Ex quibus patet,quòd de iure antiquo Romanorum,& de iure nostri Regni Rector ciuitatis non habet vocem in capitulo †, sed solum cōsiliarij congregati. Ex quo patet 3 ꝙ malè dixit Andr.de Barulo,quem refert Platea.in.l.3.C.de cano. largitio. lib. 10. ꝙ electio officialiū pertinet ad potestatem. Et ꝙ ibi dicit Bart. ꝙ Rectores prouinciæ possunt facere susceptores , & thesaurarios , intelligitur de tributis Principis, vel pœnis fiscalibus,sed de eo,ꝙ pertinet ad Remp. electio officialiū pertinet ad consiliū,vt supra.Et iste ordo cōsiliariorū sic congregat[9] est ordo Decurionū,ita not. Doct.in rub.C.de decurio. lib. 10. & repræsentat totā ciuitatē & populū[g], † glo.in rub.C. 4 g quæ sit lon. conf.& in.l.sed si ex dolo.ff.de dolo.tex.in.l.municip.ff.ad municip.quia illis summa Reipub.cōmissa est,glo.in.d. l.municip.& glo. notab.in. c. fin.de procuratorib.& ad dictum ordinem pertinet electio officialium ciuitatis.etiā officia Decurionatus,text.& ibi omnes Doct.in.l.obseruare. C. de decurio.

H 5 lib.10.

h lib.10.[h] Item ad dictum ordinē pertinet gubernatio rerum ciuitatis, & Patrimonij, in tantū, φ licet Bart. post Guilhel. de Cug. in.l.cum Nauarchorum.C.de nauicular.lib.11.dicat, quòd iusta causa imminēte propter necessitatē publicam possit Rector ciuitatis constituere salariū de publico, vt putà qui ceperit malefa
i ctorem habeat tale præmiū[i], hoc intelligitur, quod debet facere
5 k causa cognita[k] † & de voluntate & consensu gubernatorū[l] ci-
l uitatis habentiū potestatem expediēdi de auro communi, quod clarius dixit Bart.in.l.1.in fine. ff.de iusti.& iure. & dicit Lucas de Penna, in.l.si quis decurio. C.de decurionib. lib. 10. ad quòd facit text.& ibi notata in.l.1.&.2.C.de ser.reip.man. quòd ad or
6 dinem Decurionum spectat manumissio seruorum †; licet hoc debet fieri cū authoritate Præsidis, & si non adest Prætor, ordo Decurionum potest sine Præside omnia facere. per allega.l. vbi. de tutor.& curat.dat. ab his, & ita tenet Bald. in dict.l.1. & ex hoc dicitur, quòd licet ad Principē spectet congregatio concilij vnius ciuitatis, vel totius prouinciæ, φ id quod ex illo concilio resultat debet referri ad Principē, non solum per Præsidem, sed per totum cōcilium, & sic mittere Legatos & Ambasiatores ad Principem super statu Reipubli. pertinet ad totum conciliū ci-
7 uitatis †, & Præses nō potest solus hoc expedire, text.& ibi Doctores in.l.1.&.2.C.de legatio.libr.10. Item ordo Decurionum
m potest statuere pretium[m], modum & mensurā & taxare omni-
8 bus rebus † vendendis.l.fi.§.Episcopi.ff.de muner.& honor.& l.Decuriones. ff.de admin. rerum ad ciuita. pertinen. &.l.non enim.ff.ad municip. & licet iura ibi aliter videantur sonare an pretium possit statui, tamen expressè dicunt, quòd hoc spectat ad officium Decurionum, & si sunt res venales, & etiam si non sint, potest hoc fieri propter publicam vtilitatem, vt plenè dicit gloss.in dicto.§.Episcopi.& in.l.prima.§.cura carnis. ff.de offic. præfect.vrb. & quòd ciuitas possit facere statutum super comestibilibus, & adhuc quòd pensiones domorum taxentur, & qualiter & quibus casibus permittatur, vide plenè Alberic.in tract.
n statutorū ciuilium, quæstione.69. vbi notabiliter loquitur.[n] Habet etiam ordo Decurionum interponere authoritatem in vendendis rebus immobilibus curialium.l.prima.C.de præd.curial. libr. decimo. & esset hoc nouum in practica, quòd Curialis vel Decurio ciuitatis posset retractare alienationem ab eo factā de re immobili, quod de cōsuetudine non seruatur in hoc Regno:

si ta-

ſi tamen aliquis tentare vellet an proderit ſibi diſpoſitio legis, cum lex ſit in viridi obſeruantia, & quotidie liget, & in actibus negatiuis non poteſt induci conſuetudo ſi in contrarium non ſit determinatum [o], maximè in conſuetudine contraius, breui- o
ter cõcluſio eſt, quòd ex deſuetudine non derogatur iuri † quan 9
do non accidit caſus in contrarium [p], ſed quando contrarium p
ſemper eſt obſeruatum, tunc eſt legi derogatum [q], & hoc eſt q
quod tenet Cynus & ſequuntur alij in.l.ſecunda.C.quæ ſit lõgá conſ.Doctores in.l. de quibus.ff. de legibus. & in cap.Ioannes. de clericis coniugat. & in indiuiduo quando requiritur Decretum à lege, ſi contractus ſemper facti fuerunt ſine Decreto, talis vſus derogat legi, gloſſ. eſt ſingularis, in. l. diuturna.ff.de legibus. Aliam etiam præeminentiam, vel facultatem Decurionum ponit gloſſ. in Rubrica. C.de decret.decuri. libr. decimo. cum dicit inter alia, quòd ordo Decurionum interponit Decretum in bannis, & ex hoc arguit ibi Platea, quòd Rector non
poteſt bannire ſine cõſenſu ciuitatis †, item nec rebannire. Sed 10
ſalua pace hoc non dicit gloſſ. neque lex, quam allegat, quia lex fin.ff.de decret. ab ordin. facien. de bannis verbum nullum dicit, ſed de ſtatutis loquitur ille text. & dictum eſt ſupra, quòd iuriſdictio nulla eſt apud conſiliarios, niſi in defectum Rectoris, & bannire eſt iuriſdictionis & meri imperij, vt.l. Imperium. ff.de iuriſdictione omnium iudicum. Intellige ergo illam gloſſ. quòd interponit conſilium Decretum ſuper bannitis, prout ſupra dictum eſt, quòd poſſunt promittere præmium capienti bannitum, vtcunque tamen ſit, iſtud Decretum non eſt in vſu, ſicut fuit dictum in articulo præcedente: dicit etiam gloſſ. in dicta Rubrica, quòd poſſunt conſtituere ſalarium [r] Medicis & r
Magiſtris liberalium artium, & extra illas perſonas licet eligant officiales non poſſunt conſtituere ſalaria ſine licentia Principis, per textum in.l.prima. C.de præbend. ſalar. libr. decimo. & ibi hoc plenè proſequitur Platea. Additur alius caſus in Decurione lapſo facultatibus, & maximè ſi expendit in ſeruitio
ciuitatis [ſ] facultates & bona quia poteſt ei ſalarium pro alimen- ſ
tis † cõſtitui.l.Decurionibus.ff.de decurionib. & hoc refert Pla 11
tea, in Rubrica.C.de decurionib.libr. 10. & eſt ſimile de Patro-
no egeno [t], qui eſt alẽdus ab Eccleſia.cap.nobis. de iure patron. t
& iſtud eſſet æquum in practica. Item facere ſtatuta cum authoritate Præſidis ſpectat ad ordinem Decurionum [v], & ſolus iudex v
non po-

non potest illa facere, sed quasdam ordinationes pro tempore sui regiminis vt contra portãtes arma & cætera, de quibus quæstionibus plenè & vtiliter tractant Barto. & Docto. in. l. omnes
o populi. ff. de Iust. & iur. 4. q. 1. part. princip. & in. 2. q. princip. &
q ibi an possint reuocare statuta etiam authoritate superioris con
q firmata, ad quæ te remitto, quia non erit vtile transplantare ma
p terias, sed solum tangere. Prosequitur etiam glo. in dict. Rubri. & in. l. 1. C. de decret. decur. lib. 10. q ordo Decurionum potest
12 certis personis concedere immunitatem à muneribus. † In alijs autem solus Princeps, & text. in. d. l. ponit duos casus: vnum in Magistris artium liberalium: secundum in Medicis: tertium ponit gl. in Doctore legum à fortiori: quartus ponitur in. l. 2. & ibi Docto. ff. de iure immun. & ibi Bart. de immunitate concessa ci
x uibus venientibus de nouo ad habitãdum [x]; in ijs enim quatuor casibus ciuitas concedit immunitatem ciuibus in præiudicium fisci, cui tota quantitas debetur, & hoc est de mẽte Doctorum, in. l. vacuatis. C. de Decurio. lib. 10. & in cap. accedentes. de præscript. & l. ab omnibus. de legat. 1. & plenè & magistraliter per Abb. in cap. peruenit. de immuni. eccles. Potest etiam ordo De
13 y curionum constituere syndicum [y] † ad tractandum iura [z] ciui-
z tatis, vel populi, quia Consiliarij repræsentant totam ciuitatem, vt est iam dictum, notant glo. Angel. & Modern. in. l. ita tamen. ff. ad Trebellianum. glo. Barto. & Docto. in. l. nulli. ff. quòd cuiusq; vni. nomin. & idem dicit Bald. in. l. item magistri. ff de pa-
aa ctis. [aa], quòd priores & anciani non possunt creare syndicum, sed id debet fieri per conciliũ ciuitatis. In tali constitutione syn
14 dici an debeãt poni nomina † constituẽtium [bb], vel sufficiat po
bb nere, q ciuitas constituit, est quæstio vulgaris benè determinata per Legistas, in. l. 1. ff. de albo scriben. & in cap. vno. de syndico. Sed cadit hic quæstio notabilis quotidie contingens. Consiliarij & illi de capitulo & ordine volunt constituere syndicũ ad aliquod negotium conueniens Reipb. vel syndicus generalis ab eis constitutus non prosequitur, vel de nouo non inchoat negocium, fortè aliquo respectu, quæritur an illi de populo possint constituere syndicum, vel procuratorẽ ad petẽda iura ciui-
15 tatis, vel ipsi possũt experiri nomine † ciuitatis [cc], in qua quæst.
cc Barto. in. l. in prouinciali. ff. de noui operis nuntia. §. si publico. inquit quòd si petatur res, quæ est in vsu publico, tunc quilibet
r de populo potest agere per illum text. sed si est res ciuitatis non

potest

potest agere quilibet de populo, putà si est petendum prædium, vel molendinum, quod spectat ad redditus ciuitatis, sed syndicus ciuitatis, qui ad hoc habet experiendi potestatem, aget tūc, & licèt ista distinctio videatur habere æquitatem, tamen secundum membrum distinctionis patitur aliquam calumniam, quid enim si consiliarij propter aliquam necessitudinem, consanguinitatem, affinitatem, amicitiam nolunt petere à detinente rem priuatam ciuitatis, si aliqui populares ex zelo Reipub. volūt prosequi, quòd repellātur, videtur iniquum. Ideo ego crederē, ꝙ in his rebus ciuitatis & iuribus eiusdem sit eadem quæstio, quæ est de iuribus Ecclesiæ, in qua licet Innocent. in. cap. cum olim. de testib. videatur dicere, quòd clerici inuito capitulo † nō possunt 16
prosequi iura Ecclesiæ, nisi quando res malè alienatæ sunt, tamē in cap. dilecti. de maior. & obed. quem referunt Abb. & Doctores in dict. cap. cum olim. tenet firmiter, ꝙ Capitulo negligente, vel cōtradicente Ecclesia, possunt agere super iuribus Ecclesiæ, & in hoc dicunt Doctores in dict. cap. cum olim. post Innocent. ꝙ talis vocabitur procurans ius Ecclesiæ, & non procurator Ecclesiæ, & eandem doctrinam tenent Hostiens. & alij Doctores in dict. cap. dilecti. de maior. & obedien. vbi concludunt, ꝙ erit actio popularis, & quod quilibet de clero auditur in con- dd
cernētibus interesse Ecclesiæ, & dicit Bart. in. l. vbi pretiū.[dd] C. de transactio. ꝙ vbi agitur de interesse publico admittitur quilibet de populo, & sic quod dicit Bart. in dict. l. in prouinciali. habeat locum, si ciuitas non est negligens, vel non est in mora, & ideò in practica erit cautela. ꝙ illi de populo, interpellent ciuitatem, ꝙ prosequatur & petat talem rem ciuitatis, quæ est occupata per talem, quòd si nō faciāt, ipsi debent audiri, sed si res est in publico vsu, tūc quilibet de populo auditur tanquam in re populari sine aliqua mora, vel negligētia ciuitatis, sed si cōpareat syndicus ciuitatis, tunc tāquam idoneior erit admittēdus, & præferendus populari, vt sentit Bart. in dict. §. si in publico. & Abb. & Docto. in. d. c. cum olim. vbi dicunt, ꝙ in casu, quo Capitulū admittitur inuito Prælato, ꝙ si Prælatus comparet, ipse præfertur †, si tamen de collusione timeatur, potest assistere quilibet 17
de populo, Authen. nūc si hæres. C. de litigios. sed remanet quædam, & non parua difficultas, si reus à quo popularis petit aliquā rem, vel ius vniuersitatis excipiat, quòd non tenetur respondere propterea quia sententia absolutoria in fauorem eius profe-

renda

renda non præiudicabit vniuersitati,& quod frustra litigabit,& fatigabitur laboribus,& expensis,& si replicatur quòd sententia in causa populari trãsit in rem iudicatam.l.3.ff.de popul.actio.plenè per Alex.in.l.sæpè.ff.de re iudi.fol.4.& amplius ciuitas non est audienda,duplicabitur,quod illud est verum in re,quæ statim habet effectũ,& est transitoria,vt actiones pœnales,quæ resultant in actione populari.Sed si est res facti permanentis & continuò durat,tunc non est propriè actio popularis quoad istũ effectũ,imò talis sententia non parit exceptionem rei iudicatæ,ita dicit gloss.notab.in.l.eum qui.§.in popularibus.ff.de regul.iur.& sic videtur,quod reus potest excipere,quòd non tenetur litigare cum persona inhabili,quæ non potest præiudicare ciuitati,ad minus sine cautione de rato,ne ciuitas causam sopitam valeat restaurare,argum.cap.causam.de iudicijs,ad quod respõdetur,quod istam difficultatẽ sensit magnus Innocent.quem refert Abb.in dict.cap.cũ olim.de testib.vbi dicit hæc verba in penul.col.sed nunquid sententia lata contra particularem de Ecclesia præiudicet Ecclesiæ,vt sic de cætero alius non admittatur,dicit Innocent.quòd sic,sicut contingit in actionibus popularibus,vide bonam glo.in cap.cum dilecti,de electio.nisi primus fuisset præuaricatus.c.de his,de accusationib.nec secundũ Doctores tenetur iste particularis satisdare,vel defendere Ecclesiam si recõueniatur,cum ei hoc cõcedatur à iure,alias huius timore semper retraherentur ab agendo,argum.l.2.ff.de iudic.§.fi.& sic residẽt ibi Doctores,& non est mirandum si in hoc præiudicatur ciuitati,vel Ecclesiæ negligenti,si particularis non adducat iura & probationes vniuersitatis,& succũbat,quia propter negligentiam admi-
18 nistratorum Ecclesia & Respub.possunt amittere † ius suum,vt in præscriptione & alijs,secundum plenè notata in cap.1.de dolo & contum.&.l.si pupillorum.de repud.hæred.Sed circa hoc esset aliud quærendum,si iste particularis petat à iudice subministrari sibi expensas an posit adhoc compellere ciuitatem,&
cc circa hoc est tenenda distinctio,quã posui in quæstione cc,quãdo minor pars capituli prosequitur causam corã superiore,quia non habebit expensas nisi in fine causæ habita victoria,& tunc actione negotiorum gestorum pro eo,quòd vtiliter sensit ex victoria,& his,quæ ibi dixi addo tex.notabilem,in.l.mulier.ff.de
ff capti.quod qui impendit ff pro Repub.ab ea recuperabit,& per illum text.dicit Bald.post Guillielmũ de Cug.in.l.1.in fin.princ.ff.de

ff. de Iusti. & iur. quòd si quis capit exbannitum propria autho-
ritate potest recuperare ab vniuersitate & Repub. quod impen
dit †, & erit ista maxima iustificatio popularis, vel particularis 19
pro sequentis interesse Reipubli. si dicat quòd vult suis expensis
litigare, quas vult amittere si vtiliter non succedat, & nota ista,
quæ sunt ordinaria & vtilia in vsu practico propter quæ feci hāc
digresionem: redeo nunc ad proprium capitulum tractatus, &
vltra supradicta quæ potest facere Consilium & ordo Decurio-
num per leges Regni debent deputari duo consiliarij ad visitan
dam domum monetæ, sicut plenius in pragmatica continetur.
Item ad locationē vectigalium deficiēte conductore gabellarū.
Item si in causa criminali recusatur ordinarius, duo consiliarij ei
adiunguntur, vt dicit lex Ordinam. [gg] in hoc aliqui dubitant, si gg
discordant ambo Consiliarij à Rectore seu Potestate quid est fa-
ciendum, & eodem modo quando in causa trium mille morape
tinorum, & post sex millium, & hodie nouissimè decem milliū
appellatur ad Consistorium, & adiunguntur duo Consiliarij, si
sunt discordes, quia ambo Consiliarij proferunt sentētiam con-
tra votum & sentētiam iudicis, cui stabitur, & quia in lege, quæ
disponit [hh] de appellatione ad Concilium in causa certæ quan- hh
titatis expresè disponitur, quòd iudicatum à tribus vel duobus
ex tribus valeat. Et in lege, quæ adiungit iudici recusato duos
alios hoc non dicit, ex hoc aliqui dubitāt, an ad validitatem sen-
tentiæ requiratur concursus, & concordia omnium. Ad cuius
quæstionis decisionē est sciendū, quod isti adiūcti iudici ordinario
sunt ordinarij [ii], † secundum Paulum Castrensem in Authen. ii
si verò contigerit. de iudic. & cum sint ordinarij, valet senten- 20
tia [kk] maioris partis. l. duo ex tribus. ff. de re iudicata. & sic vtro- kk
que casu quando adiungitur ordinario in causa appositionis ma-
ioris summæ duo ex tribus pronuntiant, & valet sententia. Sed
aliud est dicendum quando ordinarius recusatur in causa ciuili
& ei associatur alter secundum legem Ordinamenti, si discor-
dant quid est faciendum in hoc casu, & ista est quæstio quoti-
diana, in qua est distinguendum, quia aut proferunt sententias
contrarias, & tunc valet absolutoria pro reo, vel pro causa fa-
uorabili. l. inter pares. ff. de re iudicata. cap. fin. eodem titu. Sed
si sunt discordes antè prolationem sententiæ possunt assumere
tertium †, hoc tenet Bartolus in. l. in offerendis. C. de appel- 21
lationibus, vel petant à superiore vt det iudicem, faciunt no-

tata in.l.in venditione.§.si vnus.ff.de bonis authorit.iudicis possid.& faciunt notata per Modernum in cap.1. de treuga & pa-
11 ce.[11], & sic hic casus remanet sine dubio.

ADDITIO.

a [Consilium.] Notandum est in propositum triplex esse con-
22 siliũ † in qualibet ciuitate, Castro, villa, seu municipio, Primũ est Consiliũ magnum arduum & generale, scilicet cõgregationis totius populi, in quo conueniunt oẽs & constituunt, & hoc vocatur communiter, *Concejo abierto*. & l.5.tit.15.part.2. col.2. vocat, *A pregon ferido*. vbi glos.inquit ex Innocent. in cap.cum ex iniuncto. de noui. oper. nuntia. quòd vocati debent omnes maiores.25.annis siuè mares, siue mulieres, siuè virgines, siuè cõiugati, siuè viduæ, & minorum tutores, sed vt ibi inquit optimè gloss.illa, solum mares vxorati vocantur ad hoc concilium generale. Secundum consilium est, quod vocatur consilium generale, & istud est secundum consilium generale, idq; tertium cõstituit consilium minimum ad regendum ciuitatem Castrum, seu villam. Primum consilium potest quicquid vult, quod sibi à Principe vel lege diuina aut humana prohibitum non est. Secũdum potest quicquid potest primũ, nisi sit â primo prohibitum: Tertium potest omne, quòd sibi permissum est ab ipso secundo, & illud consilium tertium, vocatur consilium Antianorum, seu Priorum.l.2. ad municip.l.item eorũ.ff. quòd cuiusq; vniuersi. nomi. de ijs fit mentio in.l.1.ff.ad Trebel. Barto. notabiliter in.l. nulli.ff.quòd cuiusque vniuersi. nomi. ita Calcaneus, in consilio.73.col.antepen.in princ.qui & in anteriori colum.inquit, q potestas castri, villæ, vici, vel ciuitatis consistit in Concilio vicẽ populi repræsentante, vt in septẽ cõsiliarijs in ciuitate Brixen.secundum glo.in.l.de quibus.ff.de legibus. & ibi Barto. allegat.l. sed si ex dolo.§.1.ff.de dolo.& ibi gloss.& Vlsipone audiui à sis de dignis tres tantum Decuriones adesse, in nostra verò ciuitate Placẽtina quadraginta & duo cõsiliarij adsunt, nè deficiat cõcilium, & sint qui sufficienter regant ciuitatem, cum minor sufficeret numerus, sed mediũ adhibeat qui potest, vtcũque sit; vt dixi totum populum repræsentant, & hoc si habent potestatem à consilio generali constitutó, seu electo ab vniuersitate generali totius populi, villæ, seu ciuitatis.; & idem ibi Calcaneus inquit,

quit esse si constitueretur à consilio generali, non dicit abvniuer sitate generali, & sic iam hodie, vt credo, & ex diuturnitate temporis præsumitur in consilio Antianorum & Decurionum, tam generale consilium vniuersitatis, quàm aliud secundum generale ciuitatem regētium transfusa esse, & per consequens possunt omnia, quæ generalia dicta consilia poterant, licet generalis vniuersitas possit reclamare, contradicere & appellare ab statutis Decurionum & Antianorum populo præiudicialibus. Et ad hoc solent omni anno vniuersitates congregari in die & loco solitis ad eligendum, seu nominandum procuratorem generalem, qui dicitur, *procurador del comun*, qui assistit in consilijs & consistorijs ad contradicendum præiudicialibus communitati ciuitatis, villæ, seu castri, imò & nomine locorū & ciuitatis, castri, aut villæ subiectorum solet adesse alius procurator in dictis consilijs, qui dicitur, *procurador de la tierra*, qui terræ præiudicialia contradicit, & per consequens dici potest in consilijs ijs omnem vniuersitatem cōgregatam esse, quia qui per aliū facit per se ipsum facere videtur, & consequenter omnia ibi fieri posse, quæ ab ipsa vniuersa plebe gente & vicinis populi & vicorum subiectorum fieri possent, si insimul adessent congregati, dum ne contra ius quid fiat aut statuatur, saluo in omnibus iure contradicendi & appellandi ab iniuriosis & ambitiosis Decretis per procuratores ciuitatis, seu terræ, vel aliorum, quibus singulariter præiudicium parari potest.

[Conuocat.] Vt supra libr. 1, cap. 2. dictum est. b

[Propositionem.] Vt & in hoc cap. dicit Author & alibi supra per nos & eum dictum est. c

[Deliberare.] Vt supra isto lib. 2. cap. 9. diximus. d

[Appellari.] Vt supra isto lib. 2. cap. 15. dictum est. e

[L. ordinamen.] Quæ est. 6. tit. 1. libr. 7. Recopil. Regiæ. f

[Et populum.] Vt diximus in fine additio. c. 5. supra. lib. 1. & in prima additione huius cap. 18. retulimus alia. g

[Lib. 10.] Quod tamen vsu aboleuit, nisi tātum in casu in quo Corrector moreretur, vt diximus in cap. 2. additio. 3. supra lib. 1. vel in casu, in quo de cōsuetudine haberetur ius prouidēdi officia ciuitatis per consilium Decurionum, prout haberi posset, secundum quod diximus in lib. 1. supra cap. 13. additio. 2. & in. l. 1. titu. *De las prescripciones*. lib. 4. Recop. alia plura retulimus, quæ hic referre necessarium non est, cum ibidem videri possint, Re- h

giam enim licentiam habeo ad imprimendum & typis mandandum.

i [Præmium.] Sed an si aliquis ex participibus, & complicibus
23 ipsius delicti, illud reuelauit, habebit præmiũ, vel partẽ eius †, & dicendum est quòd non, ex Bar. in. l. 3. §. si ex stipulatu. ff. ad Syllania. & est comunis opinio, secundum Angel. de malefi. Additionatorem, in parte, necnon ad denũtiationẽ. nu. 31. teste Iulio Claro, lib. 5. recept. sent. §. fin. quæst. 37. n. 5. vbi refert ex Angelo, in. l. 4. §. si tibi. ff. de cond. ob tur. caus. in facti cõtingẽtia fuisse reuelatorem vt participem delicti cõdemnatum. Sed an detegẽs
24 consequetur præmiũ † si non probat delinquentem per eum reuelatũ delictum illud perpetrasse, & respondendum est non consecuturum præmium, & quòd ita interpretatur cõsuetudo generalis, quæ seruanda est, secundũ Clarum, vbi supra, nu. 6. eò quòd verba cum effectu sunt intelligenda.

k [Causa cognita.] Sed quid versabitur in hac causę cognitione, requirentur nè illa, quæ regulariter in causæ cognitione requiri solet, & quæ requiri asserit alias Menoc. de arbitrar. iudic. quæstione. 19. & dicendũ est non requiri in nostro casu, cum ex arbitrio Correctoris pendeat præmij huius constitutio, sed tãtum versabitur causæ cognitio in inquirẽdo, quis delictum illud commiserit, & quòd delictum sit graue & scãdalosum, ita quòd maximè Reipub. cõueniat illius punitio ad scandalum sedandum, & ad aliorum terrorẽ, non enim sunt pro quolibet delicto præmia constituẽda, neque pro graui & scandaloso nisi cõstito prius de supradictis & quòd delinquens nescitur & ignoratur quis fuerit.

l [Gubernatorum.] Bart. in. l. cum Nauarchorum. hic allegatus
25 non requirit cõsensum gubernatorũ ciuitatis † ad constituendum præmiũ hoc, sed potius vult quòd ipse Corrector ciuitatis posit illud constituere solus ab ære communi, prout eũ voluit allegare Auiles cap. 17. Prætorum, in verb. *Las bara*. n. 10. & Didacus Perez in. l. 8. tit. 11. glo. 1. lib. 2. ord. Idem. tamen Bartol. in. l. nulli. C. de præben. sal. lib. 10. inquit, ꝙ bannum hoc non valet nisi fiat per cõmune ciuitatis, & sic videtur se ipsum contrariare, quare dicendum est, vel quòd in. d. l. cum Nauarchorũ. Bart. loquitur quoties per viam præconij id in casu contingenti iubetur per Correctorẽ ciuitatis, in. d. verò. l. nulli Bar. loquatur quoties per viam statuti, tũc enim non debet fieri nisi cõmune & sic Decurionũ collegium consentiat: vel melius dici potest, ꝙ in vno quoq;

quoq; horum casuum sit adhibendus consensus cõsilij ciuitatis, quoties aliquid ex publico, & sic ex proprijs bonis & redditibus ciuitatis in id est expendendum, secus verò aliàs, quia tunc consensus hic Decurionum non requiretur, & hoc est verius, & tenet Ias. in. l. 1. ff. de iust. & iure. nu. 11. limit. 1. 2. & 3. vbi est locus ordinarius circa has Bart. doctrinas, & ita teneo cum hac secunda concordia & declaratione, vel poteris vnam Bartoli doctrinã ex alia supplere, nè cõtrariare se dicamus. Et tunc, vt inquit idem Bart. in. d. l. cum Nauarchorum. debet constitui minimum salarium & præmium, & debet ex causa publica & necessaria fieri, vt diximus, scilicet, quia delictum est atrox, cuius vindicta expedit maximè pro sedanda Republ. vel fugandis hostibus, & sic voluit Auiles cap. 1. Prætorum. glo. Salario. nu. 9. & 10.

[Pretium.] Priores enim ciuitatis (secũdum Bart. in. l. 1. C. de frum. vrb. constan.) possunt ordinare qualiter, quanti, & quo ordine vendi debeat frumẽtum †, & per cõsequens pretium aliarũ rerum pro prouisione populorũ allatarum, & tenet referens in hoc authorem nostrũ, Matienço in dialogo Relatoris. 3. p. c. 28. num. 17. imò & præfectis annonæ licet taxam imponere & pretium frumento, vino, carnibus & alijs victualibus, ex. l. 1. §. cura carnis. ff. de offic. præfect. vrb. not. optimè Ripa, in tracta. de peste. 4. & finali parte, de remedijs præseruati. contra pestem. nu. 195. cum seq. aliquibus, vbi examinat an liceat pretiũ taxare minus quam res valeat, & nu. 200. & 201. an liceat maius pretium † cõstituere in victualibus vendendis personis forẽsibus, quàm ciuibus, & inquit ꝙ nõ licet, ex tex. in. c. 1. de emp. & vẽd. & not. Mexia in prag. tassæ pãnis. concl. 4. n. 25. cum seq. & iterum. n. 21. ibid. & facit tex. in. l. 15. tit. 13. lib. 8. Recopil. & an possit Concilium pacisci cum obligato carnium aut piscium †, ꝙ alius non possit vendere carnes aut pisces cõtra voluntatem ipsius obligagati, vide Mexiam. in. d. conclu. 4. n. 18. fol. 70. & Auend. cap. 19. Præt. nu. 35. versi. & apud nos. cum seq. lib. 1. & ibi an valeat consuetudo circa hoc. & possunt itidẽ ciuitatũ Rectores capere animalia & boues † causa cõducendi frumẽtum in exercitũ Regis, secundum Menoch. de arbitra. iudic. lib. 2. q. 48. n. 9. pag. 57.

m
26
27
28
29

[Loquitur.] De quibus statutis à populo & cõsilio faciendis tam circa victualia, quàm circa conseruationem mõtium, & an confirmatione indigeant, vide quæ diximus in. l. 14. tit. 6. num. 2. cum sequent. lib. 3. Recopilationis.

n

o [Determinatum.] Negatiuũ enim, vt inquit singulariter Bal. in.l.de quibus. nu. 35. ad finem. ff. de legibus. non potest præ-
30 scribi † nisi ex eo resultet affirmatiuũ.& sic præscriptio in seruitutibus negatiuis, qualis est altius non tollẽdi, tunc incipit currere, quando is, cõtra quem imponitur seruitus, est prohibitus ædificare, & adquieuit prohibitioni, vt per textum, gloss.& Doctores in.l.si quas actiones.nu. 14. C.de serui. & aqua.&.glos.in.l. qui luminibus.& ibi Bartol.ff.de seruitu.vrba.glos.3.in cap. Abbate.de verborum signif. quas cõmuniter sequũtur Doctores teste Menesio, in ead.l.si quas actiones. nu. 14. qui cum sequent. alia plura infert, tam quoad Dominos prohibentes vassallos venari, etiam si per mille annos non fuissent venati, vel si vicinus per multos annos detulit triticum suum in meum molendinum ad triturandum, quòd non possum cumpellere eum deinceps id facere, nisi post prohibitionẽ acquieuisset meæ prohibitioni. Sic & in decimarum exemptione requiri prohibitionẽ vt procedat præscriptio, inquit Raphael Cuma.consil.84.num.3.

p [In contrarium.] De quo latè per scribentes in.l.prima Tauri, vbi asserunt omnes legem per desuetudinem nõ abrogari, & diximus in.l.3.titul.1.lib.2.Recopil.

q [Derogatum.] Et quæ consuetudo aut præscriptio debeat esse hæc, habemus dictum in.l.tertia.tit.1.lib.2.Recopil.nu. 17.cum sequentibus aliquibus, vbi nume. fina. remissiuè declarauimus, quando dicemus legem nunquam fuisse receptam, & posteà per contrarium vsum abrogatam, an verò quòd nũquam, postquam est constituta, fuit recepta, neque eius vsus admissus?

r [Salarium.] Contrarium receptum videmus vt dixi in.l.13.nu.
31 4.titul.nono.libr.3.Recopil. vbi asseruimus salaria † de publico nullis, etiam Medicis & Aduocatis, posse constitui, nisi præuia Regis licentia, & sic semel dum syndicatum assumerem in quadam prouincia iussi, & vidi post multos annos iussum per iudicem syndicatorẽ dum iudicibus ordinarijs huius nostræ ciuitatis Placentiæ residentiam caperet, & hac de causa fuit necesse id supplicare Regi & eius Regio ac supremo Castellæ Senatui, qui iussit informationem fieri de proprijs ciuitatis & redditibus eius, & de necessitate & vtilitate eorum, quibus erat præbendum salarium & quid & quantum vnicuiq; sufficeret & esset necessariũ, & missa fuit informatio facta, & constituta fuerunt salaria medicis chirurgis & aduocatis ciuitatis & pauperũ, & syndico, &

 co, &

co, & alijs necessarijs personis.

[In seruitio ciuitatis.] Sed quis est hic & laudabimus eum, s
nullum enim iam reperimus Decurionem, qui pro ciuitate &
eius defensione bona sua expendant, sed potius vsurpant multoties & dissipant propria ciuitatum & redditus earum.

[Egeno.] Sic & libertus inopem Patronum alere tenetur, & t
eius filios, vt. l. si quis à liberis. §. solet. ff. de libe. agnosc. & in. l. 2. §. pemilt. col. ff. de origi. iur. vbi Sabinus ab scholaribus fuit nutritus. Sic & Ecclesia Patronū † suū inopē alere tenetur deductis 32
primò necessarijs expensis, de quo & quomodo sit intelligendū, & an vxorem & filios patroni etiā teneatur alere Ecclesia, vide Lambertinū de iure patrona. 3. q. princ. lib. 3. artic. 2. cum quinque sequentib. vbi & quæ actio ad hoc Patrono competat, & per Anto. de Lara, in. l. si quis à liberis. §. solent. ff. de liber. agnoscen. per totum, nunquam tamen vnum, neq; aliud vidi dubitatum in practica, neq; audiui, vt & antè assertum vidi per Auend. c. 10. Prætor. nu. 10. lib. 2. nisi talis Decurio pro ciuitate bona sua expendisset, vel maiores eius, prout Patronus vel sui expenderunt, prout & dixit Auiles, in cap. 1. Prætorum, glo. *Salario.* num. 8. & quæ inopia, & necessitas deberet esse hæc dictis per Lamberti. vbi supra intelliges & decerpes.

[Decurionum.] De quo vt supra retuli diximus in. l. 14. tit. 6. v
lib. 3. Recop. Item & ea interpretari, nam & interpretatio competit poteti statuta condere. Sed si statuta condentes desierunt esse decuriones, an spectabit ad successores eorum † interpreta- 33
tio, vide Ripam, in. l. ex facto. nu. 7. ff. de vulg. fol. 85. in meis.

[Ad habitandum.] Nouo ciui an possit per ciuitatem immu- x
nitas aliqua † cōcedi, vide Roma. consi. 252. & Petr. Vval. de col- 34
lectis, nu. 37. & an possit ciuitas reuocare talem immunitatem, dic q in præiudicium venientium non, quia transiuit in contractum, sed illorum, qui nondum venerunt sic, secundum Ias. con sil. 1. volu. 1. nu. 3. & infra isto lib. c. 20. nu. 13. & not. quòd in terris *de Señorio* non potest hæc immunitas concedi nouo ciui venienti ad ibi habitandum ex terris Regijs, secundum text. in. l. 2. tit. 9. lib. 7. Recop. vbi in. l. 3. annullantur obligationes factæ viuendi in terris *de Señorio*.

[Syndicum.] Vt probatur in. l. 1. in princip. l. ciuitates. & ibi y
glo. & Bart. ff. quòd cuiusq; vni. nomi. & per eundem Bart. in. l. procurationes. C. de Decurionib. lib. 10. debetq; sydicus consti-

35 tui † ab omnibus Conſiliarijs vel à maiori eorum parte, aut à repræſentantibus conſilium ciuitatis, vt not. gl. Angel. & Moder. in. l. ita tamen. in princ. ff. ad Trebellianum. & Franciſ. Marcus in deciſio. Dalphin. 782. & Alexand. conſil. 17. nu. 1. volumi. 6. vbi nu. 5. & . 6. inquit an poſsit compelli Syndicus ſatiſdare pro expẽſis ſoluendis ſi ſuccubuerit: & an poſsit ſyndicus renuntiare appellationi, vide eũdem Alex. conſil. 115. per totum. lib. 5. Syndiciq́; confeſsio noceat nè vniuerſitati, vide Octauia. in deciſione Pedamon. 39. nu. 36. & an iuri ſingulorũ poſsit præiudicare, tradit idem Alex. conſil. 44. nu. 5. volu. 1. qui in conſil. 135. nu. 2. volum. 2. expendit an finito officio poſsit ſyndicus, ſicut tutor cauſas proſequi: poſſunq́; ſyndici, ſicut tutores, ea, quæ requirũt ſpeciale mandatum, vt per eundem Alex. conſil. 22. nu. 9. volu. 1. & Capitium optimè deciſio. 5. n. 1. vbi cũ ſequen. examinat an idem ſit in ſyndico conſtituto ad vnam cauſam. Et requiſita in ſyndici nominatione & creatione, refert Bald. in. l. nulli. col. 1. & . 2. ff. q cuiuſq; vni. nomi. Et circa dicta vide etiam Deci. conſi. 297. n. 1. cum ſequent. volu. 1. & eodem volu. conſil. 221. nu. 3. qui in dict. conſil. 297. nu. 3. tractat, quando geſta per ſyndicum non legitimè cõſtitutum videantur ratificata per vniuerſitatem. Et an ſyndicus poſsit compromittere, vide tex. & ibi glo. *Vn perſonero.* in l. 24. tit. 4. part. 3. & in glo. ſequent. diſſeritur an Regia licentia requiratur in compromiſsis de rebus ciuitatum faciendis, vel ſufficiat authoritas Præſidis ciuitatis. Et ſi ſyndici vniuerſitatis alienauerunt eius bona, & in inſtrumento alienationis dicatur per notarium, prout de eorum ſyndicatu conſtat manu talis à me viſo & lecto, talis alienatio non valet, neque illa verba notarij probant mandatum, ſecundum Socin. Iuni. conſi. 57. nu. 7. volu. 1. & faciunt dicta per Alexand. conſi. 108. nu. 14. volu. 2. & cuius ætatis debet eſſe ſyndicus, & an eius confeſsio præiudicet vniuerſitati, vide Barto. Socin. conſi. 55. nu. 8. volum. 1. & Alex. conſi. 68. nu. 9. lib. 2. & Deci. vbi ſupra. Et an poſsit reuocari diximus ſupra libro iſto. cap. 14. num. 14. in fine.

z [Ad tractãdum iura.] Sed an ad obligãdam ciuitatem, vel vni-
36 uerſitatẽ, & ſingulares perſonas, & res, & bona † ſingulariũ perſonarum poterit ciuitas cõſtituere ſyndicum, qui poſsit ea obligare, latè tractauit Iaſ. in. l. ciuitas. n. 9. cum ſeq. aliquib. ff. ſi cert. pota. & Ripa in. l. ſi is qui bona. n. 6. ff. de pignorib. & Abb. additio. in. c. cum omnes, num. 6. litera. G. de conſtit. allegando Bald.

conſi.

consi.217.& est.165.volu.2.& Bart. in.l.donationes.n.fi.C.de don.int.vir.& vxo.& Ias.in.l.si se non obtulit.nu.23.cum seq.ff. de re iudi.& Angelus in.§.fi.Instit. de curatorib. & an ipsa ciuitas possit obligare singulares personas ciuitatis, tradit etiā Alex. in.l.3.col.4.ff.de re iudic.& in cōsi.44.volu.1.Bal.l.1. C.nē filius pro patre.Bart.l.pen. C. de donat. int.vir.& vxor.& nouissimē per cōclusiones prosequitur Auend.Respōso.34.nu.1.cū seq.& vide.l.13.tit.2.p.3.& l.15.tit.10.p.7. & ibi glo. quærit, quid si alij non sunt soluendo an alij soluent pro eis, de quo & per Francisc. Marcum, decisio.805.vbi quomodo fiet executio contra vniuersitatem, & in resartione damnorum an ille qui est soluendo teneatur pro alio, qui non est, vide Matth. Afflict.in constitu.Sicil.libr.1.Rubrica.26.n. 33. & vide ad supradicta, quando res habet tractum successiuum, eundem Afflictis, decisio.376.valet tamen consuetudo †, quòd pro debito vniuersitatis capiantur iumenta singulorum, secundum gloss.in.l.13.titul.2.part.3.Item & 37
notandum est quòd pro debitis anteà contractis non tenētur ciues vel Decuriones nouiter † recepti, secundū Bart.in.l.prouidendum.C.de decurionib.lib.10.& Rebuff.in.1.tomo constit.Franciæ.titu.de lit.oblig.artic.2.glos.1.n.79.& Afflictis, in constitu. Sicil.lib.1.Rubrica.101.de contuma.vniuer.nu.2. fol.211.neq; 38
valet consuetudo quòd absens apponatur & obligetur in sui præiudicium †, secus verò si præiudicium absenti non fieret, nā tunc valeret cōsuetudo, secūdum Rochum.in enarratione ad.c.quanto.de consuetu.num.17.fol.16. in fine.cum seq. & secūdum hoc debet intelligi illud ꝙ de consuetudine supra retuli tenere glos. in.d.l.13.Et an pro debito † vniuersitatis possint exequi ciues, dixi in.l.16.tit.21.libr. 4. Recopil. vbi insolidum non exequendos asseruimus in casu, in quo pro debito essent obligati, & tāgit gl. in dict.l.15.titul.10.parti.7.in gloss. secundā.& Ioan.Gracianus in suis Regul.& fallen.Regul.489.nisi expressè essent insolidum obligati, secundum Ripam in dict.l.si is qui.nu.7. ff. de pigno.& tradit Petr.Vval.in.d.tract.de collectis, in.c.1.nu.71.& nu.73.an possint capi pro gabella consiliarij & insolidum exigi. 39 40

[ff.de pactis.] Videtur quod Bald.ibi non dicit id, ad quod Author eum allegat, nisi habeamus diminuta ista Authoris verba, & sic credi posse habere, vt ex præcedētibus, & ex dictis Baldi, ibidem colligitur, Bald.enim ibi solum dicit, ꝙ Priores nō possunt contrahere † in præiudicium communis, nisi ad hoc habeant aa 41

mandatum,sed in generali cõsilio ciuitatis benè possunt fieri cõ tractus,& syndicatus ad contrahẽdum,& sic ibi Bald.non negat collegium Decurionum posse constituere syndicũ, imò fatetur potius,& sic malè author hic eum allegauit,dum de prioribus ciuitatis dixit non posse eos contrahere, sed dic,quòd Author hic benè locutus est,& verè verba Baldi retulit, neq; est contrarius Baldus dictis authoris,nam ibi Bald. differentiam cõstituit inter Priores & Antianos ciuitatis,& inter collegiũ Decurionũ,nam Priores & Antiani contrahere non possunt,eò ꝙ non repræsentãt populum & ciuitatem,sicut Decuriones,& isti Antiani, qui Priores appellantur adsunt Florentiæ,& ij syndicum nõ constituunt,sed Decuriones,vt colligitur ex Alex.consi.17.n. 2.volu. 6.& ideò meritò dicit Bald.ibi ꝙ Priores & Antiani non contrahunt,sed consilium ciuitatis, & sic Decuriones, & per consequẽs Baldus ab Authore fideliter,refertur, & à principio,vsque dum vidi consilium Alexandri,perplexum me reddidit aliquantulum dictum Baldi. Et nota quòd vniuersitas non † consti-

42 tuitur cõtumax vel in dolo ex contumacia syndici,sed debet fieri citatio in collegio & consilio,vel vniuersitate cõgregata,secũdum Balbum,decisi.60.& Villalobos,in communibus suis opin. verbo,Vniuersitas.num.44. vbi.nu.45. declarat hoc vno modo.

bb [Nomina constituentium.]Quæ fuit quæstio † Bartol.in. l.3.

43 nume. 5. C. de vend.re.ciuit.libr.10. & Imol.in capit.1.de syndico, & Abb.in cap.fin.de procuratorib. & Suarez,allegat.14. pagin.2.versicul.2. quia, & Auend. capitu.19. Præto.nume.14 versicul.2.debet inspici. libr. 1.qui tenent, & præsertim Imol. vbi supra, quòd in arduis debent scribi nomina omnium præsentium,vt & inquit Alexand.consilio.1.numero.3. libro.4. & ibi hanc communem testatur, & Nota ibi eius additionator, alia referens, & tenet Ias.in repetitione. l. placet.de nu.15.C.de sacrosanct. ecclesi. vel quoties vniuersitas est magna,secus si esset parua.& licet hoc vltimum Cardin.in.dict. cap. 1. de syndico, quæst.11.inquit iure non probari,& sic valere syndici constitutionem absque nominũ expresione eum constituẽtium,tamen ego teneo cum Imola,& sic quòd cum regulariter collegiũ Decurionum sit paruum, omnium nomina in quolibet instrumẽto per collegium ipsum facto sunt exprimenda,& præsertim in arduis,vt latè inquit Innocent.in capit. quanto. de ijs quæ fiunt à prælat. quòd ita communiter practicatur, vt & per Natã in additio.

ditio. ad Alexan.consil.1.additio.3.lib.4. Secus vero si ab vniuersitate, quæ solet esset magna, & sic ab omnibus popoli vicinis, cũ multi essent, instrumentũ conficeretur, vel syndicus crearetur, nam tunc sufficeret principaliora nomina exprimere, & aliquibus expressis, dicere, quòd & alij omnes ciues sic voluerunt, vel ponere quòd vniuersitate more solito legitimè cõgregata syndicum constituit, secundũ Calcaneum, consi.75.col.10.fol.155.& Rebuff.in compen.alien.rerũ ecclesiæ.nu.16. & Fran. Marcum decisi.782.num.9. & Nata, vbi supra dicendo quòd tunc, qui opponit non adfuisse duas partes, debet id probare, quia pro instrumento præsumitur, & sic inquit Abb.in dict.capit.quanto.nu.7. quòd in actu facto per Episcopum, & Capitulum, collegium, vel vniuersitatem non est necesse exprimere nomina singulorũ nisi in casibus à iure expressis. Et qualiter probetur absentia eorum, qui in scriptura dicuntur fuisse præsentes, vide Bald.consi.33.volumi.3.nam in dubio præsumitur fuisse præsentes, secundũ Aymon.Craueta, consil.88.nu.18.volu.1.

[Experiri nomine ciuitatis.] Quid vero è contrario erit, si populus non constituit syndicum cum ad eum eius institutio spectat, an quilibet † ex Decurionibus poterit agere pro iuribus ciuitatis, vide Bartol.in l. procuratores. C. de decurionib.libr.10. vbi inquit quòd sic. cc 44

[L.vbi pretium.] Aliàs est.l.vbi pactum.& Barto.ibidem in nu.11.dicit, quòd pro publica vtilitate, quæ consistit in delictis puniendis admittitur † quis sine mandato, sed quia in rerum spiritualiũ administratione publica elucet vtilitas.l.1.§.huius studij. ff.de iustitia & iure. nimirum si & pro hac Ecclesiæ vtilitate admittatur quilibet de Ecclesia, vt dicunt Doctores maximè Felin. in cap. dilecti.de maio.& obed.nu.2.& 3. vbi & additio. inquit, quòd & quando offenditur Ecclesia, vel clericus, est crimen publicum, ex.l.si quis in hoc, C.de episcop.& cleri. dd 45

[In quæstione.] De qua supra isto lib.capit.15. ee

[Impendit.] Vt inquit Bartolus in l.1.in principio.num.4.ff.de iustitia & iure. sic & si Præses prouinciæ pro capiendis officialibus † delinquentibus & fugientibus aliquid expedit de ære communi, (prout potest) ab ipsis delinquentibus captis recuperabit, secundum Additionator. Bartol. per textum ibi, in l. Circiensium.C.de decurionibus. libr. 10. Sic & gubernatori † soluenti pro Republi.remanet actio salua recuperandi soluta à ciuibus, vt ff 46 47

inquit Rebuffus in primo tomo constitutionum Franciæ, titul. de liter. obligta. articul. 2. gloss. 1. num. 67. vbi cum sequentibus inquit, ac de causa posse imponi ciuibus collectam & suis habitatoribus, quod tamen ibi num. 81. inquit in Francia per populos collectam imponi non posse, neque in nostro Regno per viam collectæ vltra tres mille morapetinos, secundum textum in. l. 1. titul. 6. lib. 7. Recopilationis. Vbi dicemus si mors non præuenit.

gg [L. Ordinamen.] Quæ est. 1. titu. de las recusaciones, lib. 4. Recopilationis. vbi quæ late dximus fortasis repilogabimus in vno ex capitulis libri sequentis.

hh [In. l. quæ disponit.] Quæ est. l. 7. titu. 18. lib. 4. Recopilationis. vbi latissime prosecuti sumus eius materiam, quam fortasis in libro sequenti, capit. 6. breuius inseremus, vt nihil huic operi deficiat.

ii [Ordinarij.] Vt diximus in. l. 1. titul. 9. lib. 3. Recopilationis Regiæ. num. 15.

kk [Valet sententia.] Et hoc in criminalibus, debet tamē declaratio hæc fieri per superiorem, ad quem per partium appellationes causa deuoluitur, sunt enim necessariæ appellationes hæ ab vtraque parte fieri, vnaquæque partium suam interponendo appellationem à sententia contra se latam, vt diximus in dicta. l. 1. verbo, Ambos. titu. 16. lib. 4. Recopilationis. vbi & circa ciuiles causas alia retulimus non contemnenda.

ll [De treuga & pace.] Pro quo & facit. l. 29. in fine. tit. 4. part. 3. & ibi gloss. fina. & dicta per Abbatem in capit. suspicionis. nu. 4. cum duobus sequentibus. de offic. de lega. & ibi dicitur per glossam illam & Abbatem, quid tunc seruabitur.

CAPVT XIX.

In actibus vniuersitatis an sint idonei testes ille de vniuersitate.

SVMMARIVM.

Testes extrinseci ab vniuersitate requiruntur in syndico constituendo ab ipsa, & instrumento & actis, num. 1. 2. & 3.

Oportet

Oportet etiam scire aliud, quia in Consilio fiunt actus tam pro ciuitate, quàm contra ciuitatem, in quibus requiruntur testes de illa vniuersitate vel cōsilio, in qua quæstione Abb. in cap. 1. de procuratorib. col. 1. dicit hæc verba: not. quòd in syndicatu vniuersitatis requirūtur testes extrinseci ab illa vniuersitate †, nec debent illi de vniuersitate describi in testamēto, 1
non enim debent esse partes & testes, quia cum ipsi authoricent in instrumento non debent enim esse partes & testes. Et idē dicendum in alijs gestis per vniuersitatem eadem ratione †, quòd 2
tene menti, hæc Abb. Et ex eadem ratione ego crederē, quòd si aliqui habent authoritatem intrandi curiam, & nō habent vocem, quòd possunt esse testes, quia deficit ratio authorizandi, & tunc non sunt partes & testes.

ADDITIO.

¶ PRO vera & cōmuni resolutione dictorum in hoc capitulo, & pro dubij decisione, an quilibet de vniuersitate admittatur pro ea †, necnē, sciēdum est, pro vtraq; parte diuersa iura, diuersosq; 3
Authores adduci posse, quę omnia, vt præ manibus habeātur, hic inserere libuit. Et pro priori parte affirmatiua, quòd probēt tales testes pro vniuersitate, fundamentum sit ex capit. super prudentia. 14. quæst. 2. & 22. quæst. 2. capit. qui manumittitur. & ff. de rerum diuisi. l. in tantum. §. 1. & Institut. de legat. §. legatarijs. l. 18. tit. 16. part. 3. Idque adeò Guido Papæ, consil. 193. in fine, voluit procedere, vt id etiam sit verum, licet ex dicto reportarēt cōmodum in vniuerso. Pro secūda verò opinione, imò quòd testes vniuersitatis non probent pro vniuersitate, adducuntur text. in §. biduum. 2. quæst. 6. & in §. nullus. 4. quæst. 3. & l. omnibus. C. de testib. & l. idonei. ff. de testib. & hāc vocat Regulam cōmunem Deci. in cap. insuper. num. 6. de testib. & Lanfranc. in cap. quoniam contra. de probationib. numer. 73. quod quidem procedit etiam in causis onerum, secundum Abb. consil. 16. primo an dictus, volumi. 1. Felin. in dict. cap. insuper. col. 3. Ias. in l. sed si hac lege. §. patronus. colum. 2. ff. de in ius vocan. Afflictis, decisi. 400. colum. 5. versic. hic præmissis, & hoc potissimè procedit, quādo omnes de vniuersitate agerent, vel syndicum cōstituerent, quo casu indistinctè etiam in casibus, in quibus alias admittūtur, putà quando non tractatur de eorum interesse, non essent aliquo pacto testes idonei, ex quo essent testes in facto proprio, secūdum Abb. in cap. tertio loco, de probationib. Afflict. decisio. 400. versicul. fal-

fiscal.fallit nisi. pro quo facit illud Bar.in.l.deferre.ff.de iure fisci, q quoties laudem vel opprobrium, cōmodum vel incōmodum quis potest sentire ex suo dicto, nō est in illo actu idoneus testis, sequuntur plures citati ab Additio. Bart.ibidem, & Alex.consil. 44.num.9.libr.2.&.107.eod.libr.& Octauiano in decisio.Pedamontana.79.num.39. &.40. Burgos de Paz, in consil.11.nu.16. & verè non esse qui à Bart.in hoc dissentiat testatur Menochius de arbitrar.iudic.lib.2.centur.1.casu.99.nu.6.& communem doctrinam esse inquit Francisc. Viuis, in suis communibus opinionibus, verbo, Testi deponenti pro sui exoneratione, & sequitur etiam si essent duo testes, Deci.consi.94. Guido Papæ consi.74. nu.15.Roman. consil. 360. volo probare, & Corneus consil.33. nu.27.volum.2.Parisius consil.19.nu.29.volumi.4. Curt. de testib.num.81.Tiraq.de retract.linagiel.titu.1.§.1.glos.14.nu.51. & sic inquit Menochius, vbi supra, libr.2.centu.2. casu.106.nu. 15. quòd etiam quando per indirectum, & in quandam consequentiam testes de vniuersitate commodum, vel detrimentum sentire possent, quanquam de præsenti non sentiant, non admittuntur pro vniuersitate, puta si esset contentio super executione gabellarum, & collectarum, quantumuis in communi ponatur, & ab exactoribus vniuersitatis fiat, nihilominus quia particulares ex hoc commodum vel detrimentum sentire possunt, commodum inquam, quia si fieret exactio ab aduersarijs, ipsi minus soluerent, detrimentum, quia si aduersarij exigi nō possent, ipsi plus soluerent, ideò reijci iure debent à testimonio ferendo, prout in facto Consultus respondit Fulgos.consi.174.col.2. versic.sed & alia occasione, & Afflict. vbi supra, & sic inquit Bald. relatus per Menoch.dict.nu.15.testes vniuersitatis non esse idoneos pro vniuersitate contra creditorem vniuersitatis, quando pro solutione illius debiti necesse haberet vniuersitas collectas indicere, & à singulis de vniuersitate eas exigere, & alios ibi allegat Menoch.& Alexand.contra tenentem conciliat ipse Menoch.ex Craueta, vt scilicet, Baldi opinio procedat, quando certum est collectam esse imponendam, Alexandri verò opinio, quando est dubium & incertum. Vides igitur diuersitatem Iuriū & Doctorum in materia ista: pensatis tamen iurium dispositionibus & doctrinis Doctorum concordantur facillimè communi, scribentium voto hoc videlicet modo, quòd prima opinio procedat, quoties testes ij de vniuersitate nullū commodum atit

incom-

incōmodum laudem, vitupetium, aut detrimentum sunt ex dictis suis percepturi, neque ad eos vt ad singulos spectat aliqua ex dictis particulis, putà in causa iurisdictionis, vel territorij, eò quòd in vniuersitatem, non verò in singulos de vniuersitate defertur, vt per Guidonem Papæ, decis. 193. & Bald. & alij citati à Couar. in Practi. cap. 18. num. 4. qua ratione ibidem ipse Couarr. infert, quòd quoties vniuersitas contenderet de pratis quibusdam non ad vsum singulorum, sed ad locationem pascuorum pro annuo pretio in publicum ærarium conferendo, ciuis esset in ea causa legitimus testis, secundum Bald. in cap. 3. loco. num. 4. de probationib. & eodem modo testes de vniuersitate in nemorum litibus admittuntur ad probandum, quoties datiarijs aliquid pro lignis, vel pascuis soluunt, secundum Alexand. consil. 99. num. 15. volum. 5. sequitur Capitius, decisione. 152. nu. 6. & Menoch. vbi supra, num. 13. & idem si in causa vniuersitatis est quæstio de molendino, seu de alijs rebus, quarum vtilitas in communi peruenit, secundum Alexan. consi. 68. num. 16. volum. 2. & Ioann. de Amicis, consil. 8. num. 25. & ibi, num. 30. inquit hanc esse veram & communem opinionem, vt refert Franc. Viuius, in suis commu. opi. lib. 2. verb. testis vniuersitatis. sic & ad probationem finium admittuntur testes de vniuersitate, & ad probandum legatum ciuitati, vel collegio, vel monasterio factū pro ædificijs extruendis, seu reficiēdis, secundum Menochium alios referētem, in dict. casu. 166. num. 4. & 5. eò quòd testis in dictis & similibus casibus non agit de proprio interesse, vt optimè aduertit Menoch. ibi. dict. nu. 5. licet & tunc vt inquit Couarru. vbi supra. & glo. in dict. l. 18. titu. 16. par. 3. & Menoch. vbi supra. nu. 9. iudicis arbitrio relinqui aliqui teneant referentes Decium & Crauet. ita tenentes. contra quos tenet Menoch. ibi, & Viuius, vbi suprà num. 7. dicentes communem esse sequendam, ita quòd in dictis casibus ad plenam & directam probationem admittuntur dicti testes de vniuersitate, prçsertim si essent plus quàm duo vel tres, quoniam tunc maior numerus supplet suspicionem vicinitatis, & hoc quoties ex aduersa parte alij testes non deponerent, contrarium eorum, quæ testes vniuersitatis testificantur, secus verò aliàs, quia tunc magis credetur deponentibus contra testes vniuersitatis, quam testibus ipsius vniuersitatis, secūdum Afflictum decisione. 400. & additio. ad reperto. Felin. verbo, Testis. & Menochium vbi suprâ num. 20. referendo Abb. num. 2. & Felin. 3.

lin.3.in dict.capit.insuper. vbi Folin.hoc verum intelligit, cum veritatem ita vnus vt alter nouit, aliter enim illis magis creditur, qui magis instructi sunt, etiam si affectione non carere ob domesticitatem videantur, quemadmodum adnotasse Barto.in l.quoties.C. de naufrag.libr.10.& Socin.Senior.consil.17.numero.2.volum.1.refert Menoch. in dict. num.10. vbi num.11. &.12.supradicta iterum declarat, quando magna esset affectio ob annexum commodum, putà quando magna iurisdictio esset in controuersia, vel magni limites, vel vltra quòd esset vicinus, recipiebat etiam salarium ab ipsa vniuersitate, tunc enim non carerēt tales testes magna suspicione, & sic arbitrium iudicis plurimmum in hoc versabitur, vt diligenter consideret, an adsit in testibus ita magna affectio vt repelli iure possint, vt dicebat Couarruuias, vbi supra dict. num.4. propè finem. Secunda verò opinio procedat quoties singulorum de vniuersitate commodum, vel incommodum principaliter interest, putà si agatur de Pascuis, de lignis scindendis sine solutione pecuniæ ab ipsis de vniuersitate non soluendæ, pro talibus Pascuis, nemoribus, vel lignis, ita quòd vnicuique commodum, vel incommodum particulariter inferatur, non vero in communi, tunc enim illi de vniuersitate non sunt idonei testes, & hæc est omnium opinio, & hoc est, q dixit Baldus cōsilio.443. &.445.libro.5.& Barto. in.l.in tantum. §. vniuersitatis.ff.de rerum diuisione. & idem Baldus consilio.468. qualiter. nume.6. volumine.3. & Fulgosius.& Corn.Lanfranc. Parisius & alij relati per Franciscum Viuium. dict. libro. 2. suarum communem opin. verbo, Testibus vniuersitatis. ita vt licet ibi tanquàm differentium opinionum authores referat eos, in effectu sunt in eadem opinione si bene considerentur, & hanc distinctiuam concordiam inter dictas diuersitates Iurium & Doctorum in hac materia assignant dicti Doctores, & Roma.consilio.7.numero.4. Gerard. singul. 24. Vtrum ciuis, & hanc communem vocat distinctionem, Lanfrancus, vbi supra, qui melius omnium distinguit, & Viuius, vbi supra. & Bertran.consil.42.numero.13.relatus per Villalobos, in ærario communem opin.verbo, Singuli de vniuersitate, qui in additionibus nouis, latè prosecutus est hunc articulum. Isthæc tamen secunda regula, in qua secunda procedit opinio, non habet locum quoties tractatur de probando actum factum in concilio & congregatione in

qua com-

qua communiter non admittuntur, nisi illi de vniuersitate, tunc enim illi de vniuersitate admittuntur in testes pro vniuersitate tam in ciuilibus, quàm in criminalibus, secundum Hippolyt. singul.73. Grammati.consi.crimi.26.num.37.in causa matrimonij, & communem testatur Viuius, in dict.lib.1.suarum comm. opi. verbo, Testes de collegio. & hoc etiam tenet alios allegando Menoch.de arbitrar.iudic.libr.2. centur.2.casu.106.num.1.vbi num.2.id intelligit verum, quoties alij testes habitu, neque actu haberi possunt, putà si negotium adeò secretum erat, vt extraneo nulla ratione cognitum esse côueniret, vel quid simile eueniret, & tunc qualitas hæc scilicet, nullos testes exteros in actu interuenisse, neque interuenire potuisse, probanda est, vt inquit optimè ibidem Menoch. vbi & nu.3.testatur, neque tunc absolutè & plenè probare, quòd apud me scrupulo non caret, nam si in dictis actibus nulli alij haberi testes potuerunt, & sic tunc illi de vniuersitate admittuntur, ad quid quæso admitterentur, nisi vt plenè & perfectè probassent, deberent tamen esse ad minus tres & bonæ opinionis & famæ. Ex quibus cũ habeamus ex Regijs legibus supra lib.1.c.10.nullos alios in côcilijs admittẽdos, quàm expresse permissos, manifestum videtur circa probationẽ ibidem actorum, testes integros esse illos de concilio, & vniuersitatè. Quod intelligerem vt supra dixi, quoties non conueniret actus illos alijs manifestos fieri, secus si nihil periculi obueniret. Item & tertio nõ procedit dicta secunda Regula, in collegio seu vniuersitate clericorum, & religiosorum, quia absolutè testimonia eorum de collegio recipiuntur pro vtilitate Ecclesiæ, nõ autem in subsidium. c.nuntius. & ibi omnes, de testibus.cap. & si. Christus.de iure iuran.l.18.tit.16.part.3.& ista est cômunis opinio, de qua testatur Deci.cap.tertio loco.num.45. & sequent. de probatio.& Socinus in Regul.408.& Viuius in dict.lib.1.verbo, Testes de collegio. & sic differentia constituitur in hoc casũ inter vniuersitatem laicã, & Ecclesiasticam, quia Canonici licet viuant.de redditibus Ecclesiæ, tamen sunt idonei testes, laici autem non, si ex redditibus vniuersitatis quærunt victum, & istam distinctionem dicit communem Bellonus. consil.63. num. 19. ex Afflict. dict. decisione.400. & Panormitano in cap. insuper. de testibus. & Socino dicta Regula.408. Fallentia.111. relatis per Villalobos, vbi supra, quod tamen Doctores relati per Decium in dicto numero.45. &.46. teste Viuio, vbi supra proximè, id

mè, id de vniuersitate Ecclesiastica intelligunt cum grano salis, scilicet, quando tales testes sunt omni exceptione maiores: non tamen poterit Canonicus esse testis in causa suæ præbẽdæ, cum illa sit deputata pro mensa sua, neque Prælatus in causa suæ Ecclesiæ, quando esset quæstio de bonis mensæ ipsius Prælati, secundum Viuium, in dict. lib. 1. communi. opin. verbo, testes de collegio. & sic secundum eum ibi, licet Prælatus possit esse iudex in causa suæ Ecclesiæ, sicut laicus in causa suæ vniuersitatis, non tamen idem erit, si fuerit quæstio de bonis mensæ suæ, secundum Hostiensem in cap. procurationes. de cẽsibus. Calderinũ cõsil. 6. de iudicijs. & hoc nisi aliud de cõsuetudine habeatur, prout hic Placentiæ habetur, cognoscit enim Prælatus & eius Vicarius de causis Ecclesiæ vel Decimalibus etiam si ex eis commodum Prælato ipsi obueniat, & obuenire possit. Alijs septem modis prædictam secundam Regulam limitare poteris ex Socino, dicta Regula. 408. & hæc sunt, quæ breuius & certius in hac materia explicari potuerũt, cætera per relato supra Doct. videri poterũt.

CAPVT XX.

An possint remitere debitum vel gratiam facere pœnarum.

SVMMARIVM.

Administrator non potest remittere debitum liquidum. nu. 1.

Remissio simplex est gratuita donatio. n. 2.

Tutor non potest apponere pactum in contractu vt credatur partis iuramento. n. 3. & ibi an pauperi debitori.

Confessio facta à tutore vel curatore sine causa etiam ad liberãdum facta non valet. nu. 4.

Pauperi an possit ciuitas eleemosynam facere. n. 5.

Negligentia aut præscriptione possunt administratores ciuitati præiudicare, licet ipsi ciuitati tenebuntur. n. 6.

Transactione sopiri potest debitum ciuitati. num. 7. nisi vt ibi. & nisi vt ibi. nume. 8.

Procurator electus à toto populo tutori æquiparatur, electus verò à concilio priuati hominis procuratori. n. 9.

Concilium

Concilium vel eius administratores possunt facere confessionem de recepto. num. 10.
Concilium non potest alicui concedere immunitatem. nu. 11. nisi vt ibi.
Concilium potest facere donationem remuneratoriam. nu. 12. & ibi. n. 13. quòd de meritis creditur concilio.
Decuriones an possint remittere iniuriam ciuitatis. nu. 14.

PRacticatur etiam alia quæstio in consilijs, an cõsiliarij possint facere gratiã pœnarum, intellige de pœnis statutorum suorum, de quibus iudicãt ædiles, & iudices à ciuitate deputati, breuiter istã quæstionem ponit Bald. in. l. præses. C. de trãsactionibus. & ipse dicit per illum textum, q́ Præses, vel Rector ciuitatis, vel Consiliarij non possunt gratiam [a] pœnarum facere, a
quia exactio illius pœnæ est debitũ liquidũ, & tale debitum non potest † remitti per administratorem per iura allegata, si tamen 1
esset dubium, vel esset causa mitigandi pœnam, tunc consilium potest componere [b] vt ibi plenè notatur ad quæ te remitto, & b
est text. expressus in. l. ambitiosa. ff. de decret. ab ordi. facien. ibi siuè aliquem debitorem remiserint, siuè largiti sunt.

ADDITIO.

[Gratiã.] Quæ in debiti remissione cõsistit, est enim remissio a
simplex gratuita donatio †. l. si qs delegauerit. ff. de donatio. & 2
ideò in remissione debiti insinuatio, sicut in vera donatione, est necessaria, ex. l. sancimus. C. de dona. l. 9. tit. 4. p. 5. & not. Bar. in d. l. si qs delegauerit. & Menes. in. l. præses. n. 12. C. de trãsact. vbi limitat, nisi ex causa trãsactionis remissio fiat, nã tunc insinuatio nõ requiritur. Itẽ limita, quoties illud, quod remittitur, peti potest. secus verò si spe tãtum deberetur post tẽpus incertũ, vt dixi in. l. 9. gl. 1. tit. 9. lib. 5. Recop. & ideò debitũ liquidũ & manifestũ cõsiliarij ciuitatis & administratores eius remittere nõ possunt, ex. l. ambitiosa, hic allegata, & ex. l. Imperatores. ff. de pact. vbi Bart. & oẽs, ex quo inquit Bart. in. l. iusiurãdi gratiã. ff. de iure iur. tutorem non posse † apponere pactum in contractu vt credatur 3
partis iuramento, quia donatio est, id tamen limitat Barto. additio. in. l. fin. C. de anno. & trib. lib. 11. nisi debitor esse pauper, nam tunc ei potest tutor, vel administrator debitum remittere, dum tamen apponatur in scriptura quitationis causa remittendi, nam licet aliàs confessio extraiudicialis ad liberãdum facta sine

causa valeat, ex.l. tale pactum. ff. de pactis. non tamen si est facta
4 à tutore, curatore †, administratore, vel ab alio non potente donare nisi causa apponatur in quitatione. secundum Barto. in. l. i. num. 2. C. de apoc. pub. lib. 10. quod tamen non consulerem ciuitati, aut administratori nisi debitum esset paruum, & debitor in extrema laboraret paupertate, vel saltim magna, vt voluit Menes. in dict. l. præses nume. 15. C. de transactionibus. quia facere gratias ciuitas non potest, secundum Auend. cap. 10. Prætorum,
5 num. 43. libr. 2. nisi per viam paruæ eleemosynæ †; vel ob bonas nunciationes, vt ibi per eundem num. 11. &. 18. benè tamen debi
6 tum remittent si per negligentiam præscriptionem † currere sinãt, ex. l. aduersus. C. de vsuris. Tenebuntur tamen ipsi negligentes ex suo satisfacere ciuitati. Ex quibus dubito maximè de doctrina Pauli Castren. in dicta. l. Imperatoris. dicentis, quòd licet Priores & Antiani, qui vt alibi dixi, differunt à Decurionibus & consiliarijs, non possint debitum liquidum remittere, cõsilium tamen ciuitatis, quod repræsentat totum populum, vt alibi dictum est, posset remittere debitum etiam liquidum, sicut totus populus posset, quod tamen apud me ex dictis ambiguum est, quoties non ipsis ciuibus particulariter commodum talis debiti pertinebat, sed potius proprijs ciuitatis, hoc enim casu dubia est apud me Pauli doctrina, nec vidi vnquam eam practicari, neque consilium audere id facere, plurimum tamen circa hæc in paruis, & ex causa paupertatis operari posset consuetudo, & faciunt dicta per Menes. vbi supra. nu. 7.

b [Componere.] Nam licet directè debitum etiam non liquidum & manifestum remitti non possit per administratores ciuitatis. vt & per Alexandrum consilio. 22. num. 7. lib. 1. potest ta
7 men transactionem sopiri †, ex dict. l. præses. C. de transactionibus. & ex. l. item magistri. ff. de pactis. notant omnes in dict. l. Imperatores. ff. eodem titu. nisi probationes ad obtinendam victoriam reperiri possent, nam tunc non licet transigere, aliter enim secus est, vt diximus. Item & compromissum facere, licet ex illo actu posset ciuitati periculum imminere, secundum Ias. in dicta. l. Imperatores. & Alexand. in. l. de fideicommisso. C. de transactionib. & ibi Curtij ambo. & Menes. eos referens, ibidem numero. 10. contra Angelum in dict. l. Imperatores. & contra Orosciumn, ibi eum sequentem, in col. 892. in princip. hæc tamen de
8 transactione & cõpromisso vera intelligerem † quoties à toto

populo

populo esset hic administrator cõstitutus,non verò si à solis Decurionibus & tribunis,secundum Barto.in.l.iusiurandum.§.defensor.ff.de iure iur. vbi Bart.inquit,procuratorem electum ab vniuerso populo vel concilio generali tutori æquiparari. Electũ vero à Decurionibus priuati hominis procuratori † æqualem 9
esse,& Bart.doctrinam sequuntur Alexan.Paul.Ias.& relati per Meneses in dict.l.præses.num.7.& verum est,non enim absque iudicis authoritate & causæ cognitione consilium ipsum transigit,neque compromittit,imò & in rebus arduis & grauibus Regis itidem assensus procuratur & petitur.Alijs modis limitant su 1
pradicti Doctores in dict.l.præses.maximè Meneses,quæ per ipsos videbuntur.Possunt tamen cõsilium vel administratores ab eo constituti facere confessionem † de recepto,ex.l.2.§.fin.C. 10
de quadri.præs.l.ne casu.C.de discussor.lib.10.Doct.in dict.l.Imperatores.quòd in procuratore priuati dici non potest,ex.l.non abstulit. C. de nouatio. Ex quibus infero cõsilium ciuitatis & 11
eius administratores non posse concedere † immunitatem aliquam alicui, ex text. in.l.1. C. de decret.Decurio. libr. 10. vbi Doctoribus & Medicis id specialiter permittitur cõcedi. prout veram & communem testatur conclusionem Octauianus, decisio.Pedamon.39.num.15. & sic in contrarium est ius commune,ex.l.ius singulare.&.l.quòd vero.ff.de legibus.notat Rolandus, consil. 5. num.4. volu. 1. vbi num. 8. cum sequent. hoc limitat, nisi ex causa remunerationis † id concedatur, nam tũc 12
id optimè fieri posset,sicut & donationem remuneratoriam facere,vt per Tiraquel.l.si vnquam. verb. Donatione largitus.nu. 32.versi.Decimonono Decuriones.C.de reuoc.dona.& Alex. consi.43.nu.10.volu.4.& optimè per Ferdinan.de Loazes,in allegatione de Mula pro Marchione de los Velez.in.3.fundamẽto pro ipso Marchione.in.1.par.nu.1.cũ seq.maximè nu.9. pag. 112.vbi cũ pluribus paginis seq. plura refert pro remunerationis causa specialiter permissa,quæ simpliciter prohibebantur,vbi in pagin.187.inquit,ciuitatem habentem iura Principis ex causa,vt propter publicam vtilitatem putà ex causa pacis, bona alicui auferre,& alteri donare posse.Imò & quòd plus est, quòd de meritis illius,cui immunitas † cõceditur,remunerationis causa, sta 13
tur assertioni vniuersitatis,seu Decurionũ, vt per Rolan. Valle, consil.5.nu.22.volu.1.& consil.12.nu.42.volu.3. Et an nouello ciui,possit ciuitas immunitatem cõcedere diximus in hoc libro,

& tractat Specul. & eius additio. in titul. de exactio. num. 11. & an reuocari possit per ciuitatem, vide Petrum Pekium in cap. quod semel, nu. 5. de regul. iur. in. 6. & Petrum Vvald. in tract. de collectis. nu. 36. & 42. & supra isto libr. c. 18. nu. 34. & Octauianus, in decisio. Pedamon. 95. n. 11. 12. & 23. cum sequent. tradit an possit ciuitas in sui præiudicium immunitatem concedere. Et an immunitate quibusdam concessa reliqui ad totum adstringantur vide Boeri. decisione. 213. nu. 3. cum sequentib. & Petr. de Vvald. vbi supra. n. 42. & 43. Et an Decuriones possint remittere iniu-
14 riam ciuitati † factam, vide Areti. consi. 39. & Bald. in cap. 1. §. iniuria. col. 2. versic. quæro iniuriam. de pace iuramen. firm. in vsibus feud. Barto. in. l. ambitiosa. de decret. ab ordi. facien. Alexan. in. l. prohibere. §. planè. ff. quòd vi aut clam. qui inquiunt, quòd à Prioribus & Antianis ciuitatis iniuria facta ciuitati remitti non potest, ab ipso verò consilio sic, & tradit Auend. cap. 10. Prætorum. nu. 43. lib. 2. hoc intelligentem verum esse, quoties iniuria est manifestè probata, secus vero aliàs.

CAPVT XXI.

Clerici & religiosi an possint esse consiliarij.

SVMMARIVM.

Prælati & clerici an possint esse de Regis consilio. num. 1.

RESTAT videre an clerici & religiosi possint esse Consiliarij, vel Decuriones vniuersitatis secularis, & hanc quæstionē decidit tex. in. l. placet. C. de episc. & cleri. per quem text. dicit Abb. in. c. non minus. col. 3. de immuni. eccles. post Innoc. in cap. dilecta. de excess. prælat. quòd non sunt de vniuersitate
a laicorum, neque habent vocem in cōsilio populi [a], & hoc etiam prohibetur per. l. Ordina. situatam, in titu. *De los concejos*, & per
b aliam situatam, in titu. *De los Corregidores* [b], quòd clerici & milites militiarum non possunt esse officiales cōsilij, quotidie tamen dispensatur cum dictis legibus circa milites, si tamen in rescri-
c pto non esset derogatum legi, consilium poterat repellere [c] talem officialē, nisi in prouisione dicatur, miles talis militiæ, quia Princeps promouēdo scienter indignum dispensat super inhabilitate,

litate, de quo sunt videnda notata per Doctores in. l.quidã cõsulebât.ff.de re iudicata.

A D D I T I O.

[In cõsilio populi.] Indubitabile hoc esse credo, & ex infra dicendis clarius apparebit: quod magis tamen dubitationem præbet est quæstio illa ab vnis & alijs Doctoribus satis perpẽsa: num Episcopi vel clerici alij possint esse de Regis consilio †, nã quòd non possint, videtur probari ex tex.in.c.inutile.88.dist.&in.l.repetita.C.de episc.& cleric.& in.l.consulta diualia. C.de testam. vbi dicitur, ꝙ opprobrium est clericis si se peritos forensiũ causarum & disputationum ostendere velint, nã vt primo ad Timotheum. c.2.dicitur, Nemo militans Deo implicet se negotijs secularibus, & quæ sint hæc declarat text. in. c. multa, nè cleri. vel mon.& sic Calcedonẽsi synodo, & Carthaginẽsi, & Lateran. hæc sunt clericis prohibita, & ꝙ non sint villarũ procurationum exercitores, vt inquit Bern.Diaz in pract.c.55.n.1.& seq.Episcopoq; nõ licet rei familiaris curã habere, sed orationi, lectioni, & prædicationi tantũmodo vacare, vt in.c. Episcopus nullã. 88. distin.c.omnes psallentes.38. dist.aliter enim præsumitur cupiditatis causa facere, vt not.in.c.decreuit.88.distin.Episcopique nõ in Palacijs Principum, sed in Ecclesia certare tenentur.23.quæst.8. conuenior, & quia aliorũ curis prouidere debent, quomodo suis satisfacient.Deficiuntque in tali Prælato vel in alio clerico requisita enumerata per Archepiscopum Florenti.in. 3. parte suæ summæ, titu.13.c.1.2.&.3.& titu.19.c.11.& tradita in Concilio Tridenti.Sessio.14.de reforma.c.1.& Sessio.22 de reforma. c.1. qua de causa id in Episcopis & clericis multũ abhorret Lucas de Penna in.l.milites.la.2.col.pen.& fi.C.de re mili t.lib.12.vbi & plus inquit, quòd qui sacerdotes Domini ad talia admittit officia peccat mortaliter, & fortè sententiam excommunicationis incurrit, ex text.in capitul.Cyprianus.21.quæstione.3. & si admittens ad hæc Episcopos & clericos alios hanc incurrit pœnam, quàm nè incurrent ipsi admissi, nã neque occasione sciẽtiæ spirituales viri mundanis debent inuolui.cap.3.nè cleric.vel mon.Item in periculo irregularitatem incurrendi existunt, nam vt inquit Baldus in capitul. 2. de maior. & obedien.neque legem condendo aut cõsilium dando interuenire possunt clerici super casu saltim imminente alias irregulares sunt si mors aut membri mutilatio ex

tali lege aut cõsilio resultauerit, sequitur Bernard. Diaz in practi. cap. 56. Ripa in cap. 2. de iudic. num. 44. Præposit. in capit. miror. num. 3. & capit. clericum. 50. distinct. Albertus Trocius, de vero & perfecto clerico, lib. 2. capit. 26. cum sequentibus. & Abb. in capit. ex literis. num. fin. de excess. præla. & ibi Cardina. vbi inquit cauere debere clericos ab ijsce consilijs vbi crimen imminet puniendum. Sacerdotes enim à talibus homicidijs etiam iustis arcentur à iure, ex capit. sententiam. ne cleric. vel mona. & capit. primo. 51. distin. & capit. fin. ne cleri. vel mona. in sexto. quæ in summo etiam Pontifice procedere inquit Bald. in dict. capit. secundo. de maior. & obedien. & Abb. in dict. cap. sententiam. & in dict. cap. ex literis. imò vt inquit Felin. in capit. si quando. colu. 2. de rescript. in omni præcepto iuris hæc procedunt, & sic sub sua cura clerici non possunt aliquam ciuitatem, seu locum temporalem habere, nec esse delegati ad vniuersitatem causarum, prout communem esse testatur Ripa in dict. cap. 2. de iudic. num. 46. & 47. & Couar. in Clement. si furiosus. 2. part. §. 5. nu. 8. Oportet quippè Sacerdotem Domini irreprehẽsibiliter viuere, & summo studio niti, vt neque in aliqua prorsus inueniatur mundanorum negotiorum occupatione perplexus, neque iudicẽ fieri, neque cognitorem seculariũ negotiorum, ne præfocatus præsentibus hominum curis, verbo Dei vacare non possit. 11. quæst. 3. te quidem, nam & impietatis est crimen, neglectis verbis Dei studij solicitudines suscipere seculares, eadem quæstione. cap. sequenti. & facit quinta quæst. 3. quia Episcopi, & sic Carolus à Grasallis libro. 2. Regalium Franciæ Iure. 15. inuehit contra similes Prælatos, inquiens, nonnũquam compertum esse inter Francos, plus damni in Rempubli. inferri, dum Sacerdotis consilio res Franca agitur, quàm cum prudens aliquis ex seculari nobilitate rebus gerendis præficitur, ille enim quadam insatiabili ambitione omnia sibi vendicat, hic scilicet prudens secularis populi misertus, & communitatis detrimentum suum esse ratus, Reipubli. benè vt potest consulit, ille fastum, & Pompã ex dignitate metiens, eò audacius diuitias congerit, quo minus vltionem timet Ecclesiastica protectus libertate, hic autem opes suas cum Republ. coniunctas non ignarus ex publico incommodo priuatum quoque augeatur. Item quamuis hæc Episcopis & clericis liceret exercere ministeria, non tamen esset honestum, nam vt inquit Ripa, vbi supra, num. 47. id non est de honestate, & ideò

fugien-

fugiendum: non enim solum quòd licet sed & quòd decet est in spiciendum, vt in aliud propositum inquit Decius. l. semper in contractibus. per textum ibi. ff. de regulis iuris. & Tiraquel. in l. 9. connubiali. numer. 7. & sic inquit Abb. in dict. capit. 2. de iudic. num. 8. quòd peccant Prælati recipientes commissionem à Principe eis missam ad similia secularia officia subeundum, & quòd licitè eam non accipiunt, secundum Calderi. consil. 1. de offic. del. & tales Præsidentes Cancellariæ, & gubernatores clerici excommunicatione innodantur, ex text. in capit. clericis. ne cleri. vel mon. inquit Cardin. Caieta. relatus & secutus per Nauarr. in Manual. cap. 27. nume. 117. & ideò hæc maximè perpendenda sunt per Prælatos, quos hæc optimè practicare studuisse hodiernis & antiquis temporibus inquit Aufredus, in repetitione Clement. 1. de offic. ordi. n. in additio ad fallentiam. 95. Regulæ. 4. neque supradictis obstabunt iura solita allegari, scilicet tex. in cap. in Archiepiscopatu, de raptorib. & cap. sæpè. 23. quæstio. 8. & illud aliud quòd delegationem vnius causæ possunt accipere, nam procedunt in negotio, cuius decisio bonum totius Christianitatis concernit, in quo Rex consilium petit à Prælatis, tunc enim ob necessitatem imminentem licere vtique, & ita iura illa declarat Abb. in cap. 2. num. 8. extra de iudi. nam iura ipsos Prælatos coadiutores Regis, & non in omnibus, non vero principales cooperatores esse permittunt, vt patet ex l. 48. titul. 6. parti. 1. ibi, *en pleytos que les mandasse el Rey juzgar*, & licitu particularibus negotijs expressè commissis, non vero in omnibus. ex quo. l. 6. tit. 9. parti. 2. in magnatibus etiam secularibus loquens, non in omnibus consilium eorum exquirendum disponit, sed in arduis tantum, ita quòd cù caput, quòd Rex est, vt inquit dict. l. 6. viderint oppressum & indigens consilio, aut fauore, mébra ipsa, & sic omnes alij tam magnates, quàm Prælati consulant Regi conuenientia, & auxilium præbeant, & hoc nedû secularibus magnatibus, verum & Prælatis Ecclesiasticis licet, eò quòd in eorum fauorem redundat, & cômodum, caput enim defendendo, adiuuando, vel protegendo consilio, vel fauore, semetipsos, cum mébra sint, tuantur, & defendunt, nam qui defendit, vel offendit partẽ corporis, totû corpus defendisse, vel offendisse videtur. l. vulgaris. ff. de furtis. & ad Corinthios inquit Apostolus, Si quid patitur vnum membrum, cópatiuntur alia membra, & maximè quotiam esse, influxum habet à suo capite, igitur illud defendens se ipsum defendit,

fendit, nam eadem est ratio de aliquo, & de eo, sine quo & gl. vt l. necare. ff. de liber. agnoscen. l. qui id quod. §. fin. ff. de donatio. ob tutamenq; proprium licebit & licet Prælatis & clericis auxilium, consilium, & fauoré prebere, & in militarijs actibus adesse, secundum quod inquit glo. in l. 52. tit. 6. p. 1. & Nauar. in Manua. Hispano, cap. 27. nu. 214. & 215. & hanc testatur communem Ripa, in cap. 2. de iudic. nu. 46. & 47. & vide Couarr. in Clem. si furiosus. 2. part. §. 5. num. 8. neque oberit si quis dixerit, quòd hæresum Inquisitores committunt & tradunt hæreticos puniendos curiæ seculari, nam id vtique vel sub protestatione faciunt; ideo non incurrunt irregularitatem, secundum Couar. vbi suprà. §. fi. nu. 5. neque itidem obstabit l. 1. tit. 4. lib. 2. Recópil. quoniam solum in narratione loquitur de Prælatis; nó verò in dispositione, sed tantum de Præsidente locuta est, & non sine mysterio, ideò nihil obstat. Et eodem disponitur modo in l. 3. tit. 5. lib. 2. Reco. & l. 13. eiusdem titu. & lib. & l. 2. titu. 19. lib. 4. Recop. de Prælato mentionem faciens, debent hæ & similes intelligi in casu in quo liceret Prelatum esse Præsidétem, putà propter magnam Regni vtilitatem, vel pro consilio particulari à Rege petito consuleretur: Et ideò non nisi ex publica causa & ex Summi Pontificis assensu & licentia hæc exercere Prælati vel clerici alij deberent, vel nisi id sit adiunctum Prælaturæ, vt per Molinam de primogen. lib. 2. cap. 10. num. 51. & in lib. 1. cap. 13. num. 97. Item & Doctores contra supradicta tenentes fortasis suos nó verò alienos tuebantur honores. In contrarium tamen solent allegari, tex. in cap. nomina ciuitatum, de pace constan. ibi Abbas Gotfredus Imperialis Aulæ cancellarius, & etiam in capit. signum. eod. titu. & tex. in cap. in Archiepiscopatu. de raptori. & in Authen. si quis litigantiú C. de Epis. audien. optima l. 48. tit. 6. part. 1. & ibi glo. *El Rey.* & Corset. & relati per Boer. in additio. ad tract. de authorit. magni cócil. nu. 46. litera. B. vbi ipse enumerat Archiepiscopos, Episcopos, qui ijs Præsidétis interfuerunt, & idem Boerius decisio. 17. nu. 2. & Calderi. consil. 6. de offic. delega. & Abb. in cap. sed nec. & in cap. clericis. ne cler. vel mon. Bernard. Diaz in praxi can. c. 56. n. 2. & ibi additio. Méchaca, de succesio. creat. lib. 3. §. 30. nu. 312. vbi contrarium affirmare dicit esse insaniam, præsertim vbi agitur de vtilitate Reipub. secúdum Carol. de Grassalis, lib. 2. Regalium Fráciæ, Iure. 13. in fi. dum tamen iustitiæ exercédæ officiales nón sint, secúdum Abb. in d. c. clericis.

 num.

num.10.neq; Vicerex, vel Vicecomes, vel locum tenēs alicuius Principis, vel tēporalem ab eo iurisdictionem alicuius loci non habeant, secundum Abb. vbi suprà. n.5. in.d.c. clericis.& Decī. alios, in.c.2.nu.7.de iudi. Nauar. in Maua. Hispano.c.27.nu.117. nisi secūdum Abb. in eod.n.5.& Molinam vbi supra, hæc dignitati Episcopali annexa sint, & ideò Prælati hanc annexam dignitati tēporalem iurisdictionem habentes possunt absq; vllo irregularitatis metu causarū, vel alicuius causæ criminalis cognitionem alicui cōmittere vt iustitiā faciant, secūdum Couar. in. d.§. fi.n.7.& deducitur ex.l.48.tit.6. part.1. dum tamē non exprimat ꝙ pœna corporalis imponatur, sed vt iustitia fiat, secūdum Francum in cap.fi.nē cle.vel mon.in.6.& iura in contrarium allegā ta intelligunt Docto. volentes hanc secūdam opinionem sustentare, vt procedant, de honestate & de consilio, non verò de necessitate, vt per Rip.d.c.2.de iudi.n.47. sed si de honestate id fatētur, cui nam melius honestas conuenit & est necessaria quàm Prælatis & clericis, & ideo vnusquisque tutetur quam maluerit opinionem, ego enim primā teneo vt veriorem & securiorem vnum tamen affirmare non erubescam, Regē nostrum vt Christianissimum non præfecturum Prælatum aliquem in Præsidentem, nisi id Reipub. vtile & conuenientissimum sit, & publicæ ac communi totius Regni vtilitati conueniat. Et multo minus clericum aliquem promouebit in Decurionem ciuitatis.

[*Corregidores.*] Quæ est.l.14.titu.5.lib.3.Recopilationis, vbi diximus. b

[Repellere.] Dic ꝙ iam non poterit, cum in.d.l. 14. permissum sit militibus ijs militiarum trium ordinum Calatrauæ, Sancti Iacobi Despatha, & Alcantaræ officia hæc habere, & sic dispensatio non est iam necessaria. c

CAPVT XXII.

An in Consilio possit quis vti duplici officio.

SVMMARIVM.

Duplex officium an possit in duabus ciuitatibus haberi. num. 1.

An per acceptationem secundi officij in alia ciuitate vacet primum ipso

 iure.

iure.n.2.&.3.quid si ex statuto prohibetur.
Princeps ex causa potest vni duplex officium concedere.n.4.
Duo offitia habens an poßit compelli vnum eligere.n.5
Duos honores quis simul habere non potest, si vtrique non potest seruire. nume.6.&.7.
Pluralitas in beneficijs curatis reprobatur.n.8
Officia duo habens in Ecclesia cum salario consueto duo debet habere salaria.n.9.& pro vtroque faciet expensam.n.10.
Officialis gerens duo officia duos syndicatus subibit.n.11.
Iure Regio officia duo habens etiam in eadem ciuitate an amittat primũ ipso iure.n.12.
Beneficia tria etiam litigiosa quis obtinere non potest.n.13.

PRouidetur etiam per leges Regni, quòd non potest quis in consilio duplici officio fungi, quod anteà iure cõmuni erat determinatum, per textũ in.l.hac parte.C.de proxim.sacro.
a scrin.lib.11.[a] de quo articulo plurima possunt allegari, sed quia per leges Regni est prouisum, vbi est casus legis, nulla est dubitatio. & hoc in duplici officio in eodẽ collegio. Sed remanet dubiũ ꝙ per leges Regni non est prouisum, neq; decisum, quid in duabus ciuitatisbus, quia videmus aliquẽ esse Decurionẽ in duabus,
1 & adhuc in tribus ciuitatib⁹ an hoc † de iure fiat, & omissis alijs, quæ referũt Doctores in proœmio.C.vbi est materia, & in.c.ex literis.de probatio.quæstio reducitur ad duos articulos, qđ tenere duo officia, prohibetur, propter impossibilitatem, quia nõ potest vtrique seruire, & sufficere. Item propter incõpatibilitatẽ, quia officia sunt incompatibilia: tenere officium in duabus ciuitatibus non est incompatibile, sed est impossibilis residentia in vtroque, sicut in beneficijs curatis, & quia Decurio tenetur residere in consilio ciuitatis, vt suprà est dictum, in tantum, quòd nõ potest residere, neque abesse, vt infra dicetur, ea propter credo quòd de iure in duobus locis non potest quis tenere tale officium sine dispensatione Principis, & hoc expressè dicit Barto.in l.omnes.& in.l.duumuirũ.C.de decurionibus.lib.decimo.quòd ille, qui est de Prioribus vel consiliarijs ciuitatis non potest acceptare officium, siuè potestariam extrà ciuitatem. Et hoc præmisso quæro, quid si acceptat secũdum officicium an eo ipso vacet pri-
2 mum †, vel detur sibi electio, & quando est officium in eadẽ ciuitate per leges Regni est prouisum quòd eligat, quod officium

vult

vult administrare, & aliud dimittat [b], & hoc fortè habuit ortũ à lege, in quibus. C. qui mil. nõ poss. & hoc expresse ponit ibi Bart. Si verò deferatur officiũ in diuerso loco [c], tuc acceptatio secundi est nulla ipso iure, & non datur electio, de hoc sunt singulares text. in. d. l. omnes. & in. d. l. duumuirum. C. de Decurio. lib. 10. fortius est, quòd si ex forma statuti vel legis deputatus ad vnum officiũ prohibetur acceptare aliud tunc secũda collatio erit ipso iure nulla †, & vltra hoc perdit salarium primi officij, text. est, quem ibi põderat Bart. in. l. fi. C. de cohortal. lib. 12. Potest tamen etiã Princeps ex causa necessaria vni personæ concedere duplex officium † in pluribus locis, vel in eodem loco, sed vltra duo [d] non potest etiam ex causa necessaria, casus est, quem ibi põderat Bart. in. l. fi. C. de executo. & exact. lib. 11. hæc sunt notabilia, quę didici à Francisco Areti. in. d. c. ex literis. de probationib. & aliqua ponit Alexand. in. l. lecta. ff. si cert. peta. Et an habẽs duo officia posit cogi alterum eligere †, & an primum vel secundum compellatur acceptare, vide notab. Alberic. in. l. si quis magistratus. ff. de muner. & honor.

b

c

3

4 d

5

ADDITIO.

[Libr. 11.] Duos enim honores † simul quis capere non potest. ff. ad municip. l. libertos. §. præscripto. C. de assessori. l. fin. & de postul. l. quisquis. & l. 1. C. de muner. & honor. non cõti. lib. 10. & per Abb. in. c. ex literis. de probatio. & probatur ex. l. 4. tit. 3. lib. 7. Recop. & l. 28. tit. 4. lib. 2. Recopi. præsertim vbi per actũ vnius impeditur beneficium alterius: facit quod not. in. l. à Decurionatu. ff. de vaca. mun. & sic nec duo officia, quæ si quis acceptat, caret acceptato, & priuatur salario primi, casus est singul. in l. quisquis. C. de cohortal. lib. 12. vbi per Bart. & per Bald. in. l. 1. C. de nouo codice comp. nec duas militias. C. qui mi. poss. l. his quidẽ. §. in posterũ. libr. 12. nec duobus collegijs simul sociari. ff. de colleg. illicit. l. 1. §. fi. & sic regulariter quis officio duplici vti non potest, ex iuribus per Authorem hic allegatis, & ex. l. 1. C. de præpos. agen. in rebus lib. 12. l. si Consul. ff. de adoptio. & in Specul. de iuram. calumn. §. 3. versic. quid si aliquid. Fallit tamen quando potest optimè † vtrique seruire officio, quia ambo officia sunt compatibilia, secundum Bartolum in dict. l. 1. & vide Bald. in prima constit. Codi. §. hoc quoque. Et de ijs an officialis vnus ad plura officia posit deputari, in. l. duorum. de oper. liber. & in. l. qui duobus. ff. de conditio. & demonstratio. per Bartolum

a 6

7

tolum in dict.l.fin.ff.de colleg.illicit.Bald.in.l.si ad scribarum.in fin.C.de appellationibus.& in.l.binos.C.de aduoc.diu.iud. per Alexand.in.l.si consul.ff.de adoptionibus. & Bald. in.l.si plures. de pact.In infinitū enim procedi non potest,ex.l.vni.C.de sent. quæ pro eo quòd,sic & in beneficijs ecclesiasticis pluralitas â iu-
8 re probata est,& est inimica canonibus †, vt in cap.qui in tantū. de præbend. de qua tractatur in iure in pluribus locis, scilicet in capit.Sanctorum.70.distinct.cap.1.21.quæst.1.cap.dudum.2.de electio.vbi Innocent.idem in cap. cum iam dudum, de præbēd. vbi Moderni,Rofred.in titul. de præbend. Abb.in repet.capit. extirpandæ. §. quia verò. de præbend. Addition. Bern. Diaz,in pract.cano.cap.42.plures referens, & Ioan.de Ligni.in tract.de plur.bene.& Modernus Hojeda,in tracta.de benefi. comp.& in compe.& latè glo.in pragm.Sanctio.1.tomo,titu.de collatio.§. cui rei.in gloss.pluralitatis.& habemus Decreta concilij Triden ti.de reformatio.Sessio.7.cap.1.cum quatuor sequen.& iterum
9 in Sessio.24.cap.17.Is tamen,qui de iure in Ecclesia officia habe ret cum salario consueto,duo salaria habebit †,secundū Baldum in.l.binos.C.de aduoc.diu.iudi.in authenti.vt iudices sine quo- quo suf.§.illud.& ibi Angel.tenet Paul.Castren.in.l.si eadem.de assessori.& Bald.in simili,cap.1.colum.fin.de feud.guar.Paris de Puteo,in tracta.de syndica.verbo, Salariū.Ias.in.§.in personam. num.15.Instit.de actionib.Auend.cap.4.Præto.nume.46.in fin. cum sequent.lib.1.Menoch.de arbitra.iudic.lib.2.cētur. 3.casu.
10 223.nu.8. debet tamen tenere familiam pro vtroque officio †, secundum Angel.in authent. vt deter.sit num.cler. ad fin.colu. 1.& in dict.§.illud autem.ex quo ipse ibidem inquit, quòd offi-
11 cialis gerens duo officia debet duos syndicatus † sufferre, hæc ta men limitarem cum officia sunt compatibilia, secus verò si in- compatibilia essent, nam tunc duplex salariū non est percipien- dum,neque præstandum,ex text.in dicta.l.28.titul.4.libr.2.Re- copilationis.

b 12 [Dimittat.] Imò videtur,quòd ex iure nostro Regio †,scilicet ex dicta.l.4.titul.3.libr.7.Recopilationis,etiam si sit in eadem ciuitate amittat primum officium ipso iure,& ex prima contex- tura & principio illius.l.ita significatur clarissimè in Rectorijs ciuitatis sub eodem consistorio habendis,secus verò si Rector ci uitatis haberet ex concessione Principis tabellionatum aliquem illius ciuitatis,tunc enim intra duos menses vnum eorum,quod maluerit

maluerit debet renũtiare postquàm est requisitus, aliter enim ambo vacabunt ipso iure, ex dict. l. 4. in versic. 2. vbi & in versicul. 3. idem esse disponitur quoties quis duas Rectorias in diuersis locis haberet, quoad quas alteratur dispositio iuris cõmunis, primam ipso iure vacare, disponentis, vt Author hic asserebat, non aduertens ad dispositionem illius. l. quartæ. fortasis, quia capitula curiarum à quibus decerpta fuit non vidit, de quibus & agebat Speculat. in titul. de exactionib. §. 1. num. 15.

[Diuerso loco.] Vide in gloss. præcedente, ex qua hoc limitatur in duabus Rectorijs in diuersis locis obtentis, in ijs enim dispositio illius legis quartæ, ibi allegatæ procedit, in alijs autem officijs ius commune hic allegatum procedit quoties duo hæc officia in diuersis locis habita sunt diuersa à Rectorijs & Decurionatibus. c

[Sed vltra duo.] Idem per Franciscum Aretinum in. l. doli clausula. circa finem. colum. 1. de verborum significatione. in. l. si plurium. 1. notab. de acquirend. possessione. in. l. Dominus Labeo. de testament. & Rebuff. in. l. vnica. 1. notabili. num. decimo quinto. pagi. 356. C. de senten. quæ pro eo quod inter. prof. & hoc vt infinitas vitetur. Ex quibus infero nouissimè & à fortiori in Ecclesiasticis beneficijs, vt licet duo possint quia litigiosa insimul obtineri, non tamen tria quantumcunque litigiosa sint †, ad declarationem text. & materiæ in capit. si tibi concesso. de præbend. in sexto. & facit gloss. in Clement. fin. verbo, vacabit. de præbend. & glossa in cap. literas. de concessione præbend. & in capit. 1. de consuet. in sexto. allegat eas Abbas in capit. cum iam dudum. de præbend. & ibi Imol. vbi ipse Imol. cum Innocent. ibidem, in colum. penulti. versic. quarta opinio. inquit, id adeò esse verum, etiam si inhabitu tantum talia tria beneficia haberentur, si ex hoc ambitio notari posset, quòd quando talis nota fiat, ibidem declarat ipse Imol. & notandum est, nunquam enim vidi per aliquem animaduersum sic, & faciunt dicta per Authorem hic, nam si in secularibus officijs duo, non vero tria posideri possunt, à fortiori in Ecclesiasticis beneficijs. d 13

CA-

CAPVT XXIII.

Consiliarius an possint esse consilij Aduocatus.

SVMMARIVM.

Aduocatus non debet contra suam ciuitatem in negotio saltim graui aduocare.num.1.

Auditores curiarum non possunt esse Rectores ciuitatum.num.2.

IVxta præcedentem quæstionem merito venit alia deciděda, quæ quotidie disputatur, an cősiliarius ciuitatis possit esse Aduocatus cősilij vel ciuitatis [a], & videtur quòd non possit ex regula supradicta, quòd non potest quis tenere duo officia. Item quia hoc videtur tenere expressè Platea, in. l. hac parte. C. de pro xim. sacr. scrini. lib. 12. vbi dicit, quòd Consiliarius ciuitatis non potest tenere officiű Aduocationis per Regulas generales, quòd binos lepores &c. Id genus, sed in hoc articulo ego tenui & teneo contrarium ex sequentibus. Primò, quia nő est incőpatibile cum officio Decurionatus, imò ei annexum; vt quod consuluit tãquàm Cősiliarius iustè & rectè defendat eodem iure tanquàm aduocatus. Item non est impossibile propter residětiam, quia in diebus, quibus celebratur Consilium potest interesse, & residuò těpore potest aduocare pro ciuitate, & pro alijs, & ex hoc excluditur ratio Ioan. de Platea, qui generaliter videtur dicere; quòd neque pro ciuitate, neque pro alio potest exercere officium aduocationis, & experientia, quæ est rerum Magistra, cap. quàm sit. de electio. in. 6. docet quòd non impeditur vnum officium propter aliud, & in vtroq; potest Consiliarius occupari. Alia ratio de duobus officijs nő habet locű in hoc casu; quia licet aduocare sit officiű laudabile. l. laudabile. C. de aduo. diu. iud. nő tamě est officiű ciuitatis, vel consilij. Et sic videmus; quòd consiliarij & Auditores Principis & alij, qui habent officia in Curia & ciuitate sunt Decuriones & Consiliarij ciuitatű & locorű, quia hoc non contradicit [b] legi, quæ prohibet tenere duo officia in eodě consilio, & congregatione, sicut [c] si quis velit esse Decurio, & rationalis ciuitatis, & tabellio eiusdem Cősilij: hoc etiam suadetur ex ijs, quæ diximus in. 9. quæstione istius libri, vbi decuriones possunt eli-

sunt eligere vnum ex se ipsis ad officia ciuitatis, quod secus esset, si esset officium eiusdem Consilij, & hoc decidit quæstionem.

ADDITIO.

[Consilij.] Vel ciuitatis, Authoris opinio, scilicet, quòd Aduocatus esse possit Decurio, ità vt defendere possit res Consilij vel ciuitatis, & pro eius aduocare, & pro particularibus quibuslibet personis officium aduocationis exercẽdo, quotidie practicatur, dum tamen quoties pro cõsilio vel ciuitate aduocat, gratis faciat: item quoties pro particulari aliquo patrocinatur, non sit negotium in Consilij, vel ciuitatis præiudicium resultans, vel potens resultare, tunc enim non posset aduocare quia defendere nõ offendere debet ciuitatem, imò & quilibet alius aduocatus etiam si non sit Decurio ad id tenetur. Ita quòd in negotio saltim graui † non adiuuet contra ciuitatem nisi eius licentia obtenta, vel compulsus â iudice, vt optimè inquit Specul. in tit. de aduocato. §. 1. num. 27. Item etiam in causis vbi Decurio est iudex nominatus à lege, vel à concilio non poterit esse aduocatus, secundum text. l. 31. titul. 16. lib. 2. Recopil. a

[Non contradicit.] Tene tamen, quòd licet non contradicat legi prohibenti tenere duo officia, contradicit tamẽ legi iubenti residere Decuriones in ciuitate, & per consequens ij Auditores curiarum non poterunt esse † Decuriones ciuitatum, imo & incompatibile videtur vnum officium cum alio, & sic nunquã vidi neque credo Regem permissurũ auditores Regios Decuriones esse etiam illius ciuitatis vbi Regius auditor est. b 2

[Sicut.] Non apponitur similitudinariè, sed comparatiuè ista dictio. sicut in præsenti, negatiuè tamen, vt sit sensus, ꝙ non est danda similitudo inter Auditorem Decurionatum habetem, & eum, qui vult esse Decurio & tabellio in eodem Cõcilio, sed differunt potius. c

CAPVT XXIIII.

Qualiter debent expendi propria & redditus ciuitatis.

SVMMARIVM.

Redditus deputati alicui vsui publico in illum & non in alium debet expendi. n. 1. 1

Redditus

Redditus ciuitatis nō deputati alteri vsui possunt hodie omnes in operibus publicis expendi. num. 2.

SVperest aliud scitu dignum, cum iam vidimus, quod administratio rerum ciuitatis est apud consilium congregatum; qualiter debeant expendi bona & propria ciuitatis, de quo
a in legibus Regni, in tit. *De los proprios y rentas de los concejos* [a]; & in
b pragmatica in qua continentur capitula Correctorum [b] multa disponūtur vtilia & contingentia. Vnum solum hic tangam tanquam necessarium, de quo consueuit dubitari, certum est φ de
1 iure cōmuni si redditus ciuitatis erant deputati † alicui publico vsui, in illum & non in alium debebant conuerti sub maximis pœnis. l. hac edictali. C. de aquæduc. lib. 11. & l. 1. ff. de admi. rerū ad ciui. pertin. & si redditus non erant deputati, tunc tertia pars redditaum ciuitatis debebat erogari in operibus publicis, text. in l. nè splēdidissimè. C. de oper. pub. & l. fin. C. de vectigal. Sed de
2 iure Regni nostri oēs redditus † ciuitatis debent erogari in operibus publicis, etiam si ad ea specialiter non sint deputati, quia intelliguntur specialiter ad id deputati, hoc dicit singularis lex. 20. tit. 6. par. 3. Quod inducitur ad quotidianam disputationem, quę est inter nobiles & plebeios, quia plebeij expendunt redditus ciuitatis in collectis & contributionibus debitis Principi, & pro operibus, & sumptibus publicis indicunt sibi collectam, vt in ea nobiles, & exempti subeant munera; & in hoc faciunt fraudem nobilibus, qui non collectarentur in operibus publicis & sumptibus, si redditus ciuitatis in ijs expenderetur, quod est menti commendandum in fauorem nobilium.

ADDITIO.

a [*De los concejos.*] Qui nunc est titu. 5. lib. 7. Recopilat. maximè in. l. 4. ibidem, vbi declaratur qualiter & quomodo propria ciuitatis sunt locanda, de quibus per Auend. cā. 12. Præto. per totum libr. 2.

b [Correctorum.] Quod erat capit. 30. & 31. correctorum, quæ apponantur pro. l. 22. titul. 6. libr. 3. Recopilat. vbi plura diximus.

CAPVT

CAPVT XXV.

Interpellatio, & citatio ciuitatis qualiter est facienda.

SVMMARIVM.

Ciuitas citanda est etiam si syndicum habeat aliàs non constituitur in contumacia. n.1.
Ciuitas etiam si citetur & non compareat adhuc defensor eius est creãdus numero.2.
Priuilegium ciuitatum perditur ex negligentia administratorum. n.3.
Respub. tanquam minor iuuãda est & vt pupilla. n.4.5.& .6. in quibusslibet Respublicis ampliatur.
Restitutio cuilibet Reipu. etiam existenti sub tyranno conceditur. n.7.

QValiter ciuitas vel vniuersitas citetur interpelletur, & aduersus eam protestetur, est gloss. & Doct. in cap. bonæ. 1. de elect. & gloss. quam totus mundus allegat ponit formam, in cap. si capitul. de concess. præben. in. 6. quæ quotidie practicatur, & illa forma est in vsu & stylo Curiæ in rescriptis & prouisionibus citatorijs. Et est aduertendum, quod quãdo citatur vniuersitas licet habeat syndicũ, citatio non potest incipere à syndico, † & si syndicus citetur, vniuersitas non constituitur in contumacia glo. est ordinaria in. l. nõ videtur dolo carere. ff. de reg. iur. 1
[a] & fortius est, quod etiam si citetur vniuersitas contra eam in defensam non potest procedi ad diffinitiuam, sicut contra minorem citatum indefensum. l. cum & minores. C. si aduersus rem iudic. & l. cõtra pupillum. ff. de re iudi. singularis tex. qui loquitur in Rep. & ibi cõmendant Doct. in. l. 1. C. de iure Reipub. lib. 11. [b] & licet ille text. sit clarus, & non absconditus, ex incuria tamen Aduocatorum nunquam retractantur sententiæ & processus facti cõtra Rempub. indefensam, sed ita proceditur ad diffinitiuam cõtra ciuitatem citatam non cõparentem sicut contra priuatum; & pauci aduertunt, cum sit res magni momenti, & priuilegium ciuitatum amittitur † ex negligentia defensorum. 3

ADDITIO.

[a ff. de regul. iur.] Et communem testatur Balbus, decisi. 60 relatus per

tus per Villalobos, in Ærario cõm.opin. verb. vniuerſitas vbi id intelligit verum in.1.citatione, ſecus tamen in alijs, ex.l. 3. tit.2. parti.3. & ibi gloſſ.

4 b [Lib, 11.] Remp.enim vt pupillum iuuari moris eſt †, extraordinem aliorum, vt inquit Conſultus in.l.3. C.de iure Reip.lib.11. & optima.l.10.tit.19.part.6.quod nõ ſolum in Repub. Romana procedit, verum & in qualibet alia aliarum ciuitatum, ſecũdum glo.in ead.l.3.quam veram & communem teſtatur ibi Platea, & Alciat.in.l.eũ qui vectigal.ff.de verb.ſign. & Deci.conſil.42.nu. 12.volu.1.& probatur ex generalitate.d.l.10.Imò & in Republi. caſtrorum vel villarum, idem eſt dicendum vt gaudeant iure mi-
5 norum †, ſecundum Plateam, in.d.l.3. & Bart.in.l.Reſp.n.3.C. quib.ex cau.maio.communis ſecundum Roma.conſil.423.nu.3. & Alex.in.l.ſi finita.§.ſi de vectigalib.nu.7.ff.de dam.inf. Balbũ de præſcript.3.par.5.partis prin.q.2.n.2.Gometi.in.§. rurſus. nu. 19.Inſt.de actio.& glo.in.d.l.10.in glo.3.vbi eſt tex.in ſua generalitate, ibi, *a los concejos*, pro iſta communi, licet cõtrariam tenuerit glo.1.in.d.l.Reſp.& licet cum ea dixerit cõmunẽ Calcan.conſil.43.n.1.& licet Bart.in.d.l. Reſp.& ibi eius additio. concordare velint, vt prima opinio procedat, quoties Caſtrũ habet hominũ multitudinem, ſecũda verò quoties tali multitudine caret, vt & inquit Balbus vbi ſupra, tamen idẽ eſt ſi eſt parua, ſicut & magna dum tamen ſecundum Balbum ibi, talis Caſtri Reſp.tractetur per ſuos adminiſtratores, & tractet negotia ſua tãquã cõmunia, non verò, vt priuata. Aliã concordiã aſsignauit Iaſ.in.d.§.rurſus. nu.35. ad fin. Inſt.de actio. quã dixit cõem Socin. conſ.194.n.5. vol.2.ſcilicet, ꝙ prima opinio procedat ꝙ cõpetit reſtitutio tali caſtro, & villæ ex clauſula generali, non vero iure minoris ætatis vt loquitur ſecũda opinio, & ſic cautius erit eam reſtitutionem. Ex vtroque capite petere, prout quotidie petitur per aduocatos
6 bonos. Et quæ dicatur Reſpub. † & quid veniat appellatione Reipub. & quot modis capiatur, & intra quantum tempus petat reſtitutionem, Balbus, vbi ſupra. ſuccinctè & remiſsiuè proſequitur, & vide per Doctores in dict.titul.de iure Reipub.lib.11.& eundem Balbum, vbi ſupra.1. parte.6. partis princip.22. caſu. nu.27. cum ſequent.& optimè per Mauriciũ, in tractatu de in integrum reſtit.capit.417.vbi inquit veriorem & communiorem eſſe opinionem reiectis dictis concordijs, non ſolum ciuitati, verum & cuilibet caſtro & municipio reſtitutionem minorum concedi, à

qua in

qua in iudicando & consulendo non est recedendum, & in cap. 419. hoc ampliat etiam si sub tyrãno adsit talis ciuitas † vel municipium, prout & retulit succinctè Balbus, vbi supra in dict. quæst. 2. num. 2. & in capitul. 421. ipse Mauricius, differit an communitati detur restitutio aduersus expensas litis, in quibus fuit condemnata. 7

CAPVT XXVI.

Quæ sit potestas iuratorum.

SVMMARIVM.

Iurati in aliquibus tribunis Romæ æquiparantur. num. 1.
Actus meræ facultatis non sunt præscriptibiles. num. 2.
Dynus fuit damnatus propter vnam doctrinam. num. 3.
Conuenientia tribunorum & iuratorum. num. 4.

ET vt nihil omittatur dignum recitatione est videndum de potestate Iuratorũ, qui intrãt Curiam, qui in aliquibus æquiparantur tribunis † plebis Romæ [a], & ideò vocantur tribuni, & licet in multis differant, in vnũ conueniunt, & indifferẽter, quia sicut inter tribunos plebis & Patres quotidie erant iurgia & altercationes in Senatu, ita hodie in nostro Regno inter Iuratos & Consiliarios. Et vtinam hoc esser ex Republi. sed dictæ cõtentiones oriuntur ex ambitione Iuratorum, qui ambiunt quotidie authoritatem Decurionũ, & volunt eis æquari in regimine ciuitatis, & hæ contentiones possent facilè sedari, si inspicerẽtur priuilegia, & ordinationes ciuitatis, & prouisiones Regiæ in quibus continetur officium iuratorum, & eorum potestas, sed volunt se iuuare ex cõsuetudine, & vt ipsi asserunt ex possessione, & istam consuetudinem è possessione appellant vsum, quẽ tenent Decuriones, qui ad legationes & alia facienda extra Curiam nominãt aliquando Decurionem, & Iuratum, & ex hoc prætendũt esse in possessione interessendi omnibus actibus ciuitatis, & inuidẽt, & exasperantur, quando committitur negotium expediendum solis Decurionibus si non admiscetur, & adiungitur Iuratus, quod 1

meo iudicio iniustè petunt,& prætendunt,si solum allegant pos sessionem,quia licet in electionibus & nominationibus etiā ad incorporalia multum opituletur possessio ; vt notatur in ca.cum Ecclesi.de cauf.poss.& propri.& alijs infinitis locis,sed illa sunt, & vendicant sibi locū in electione actiua, quādo extranei,& qui non sunt de capitulo admituntur ad electionem faciendam, sed in electione passiua,licet per mille annos aliqui non habētes ius, & facultatem eliguntur & nominantur non propterea adquirūt possessionem vt in posterum illi, vel alij de eorum collegio eligā

2 tur,quia isti sunt actus meræ facultatis †, ex quibus nunquam ac quiritur possessio,& hoc ius vel seruitus negatiua,nunquā acqui ritur sine possessione,& vera possessio est,quando ipsi nō nominati,& non electi contradicunt,& ex sua contradictione & peti tione nominantur,quià possessio in ijs iuribus nunquam acquiri tur,nisi contra prohibitum patiētem,vt not.glos.ordi.& ibi Do ctores in.l.1.C.de seruit.& est textu.& ibi not. Doctores in capit.Abbate.de verbor.signifi.& in cap. significante.de appellat. de quo articulo feci quasdam allegationes in fauorem Decurionum & contra Iuratos Granatæ,& licet ex hoc efficiar suspectus dicam veritatem,quam sentio, & verebor id , quod dixit Angel. in.l.1.C.de fal.cauf.ad leg.quod Dyn. consuluit , quòd si testator confitetur in testamēto se aliquid adquisiuisse ex vsuraria pra uitate,quòd si conualuit ex infirmitate,non tenetur ex illa cōfes-

b sione b.Et quòd cuidam fuit reuelatum,quòd propter illud consi

3 lium fuit damnatus †, & dicit Bald.in consil.apud Floretiam de Domino Donato de Barbadoxis,quod anima Bart. & omnium, qui eum sequuntur, cruciantur in Inferno, de quo consilio meminit Alexand.in.l.virum.ad legem Pompe. de Parricidijs , & Angel. de malefi. versic.quæ tradito luto à patria.

4 ¶ Conueniunt † etiam cum tribunis antiquitatis,quia illi pro defensione plebis constituebantur,& ne grauarētur à Patribus:eodem modo Iurati,quilibet in parochia sua habet curā plebis , vel debet habere,vt non fiat alicui Plebeio grauamē, item quia si Senatusc ōsulta tribunis non placebant,statim intercedebant,& sic fit hodie,quòd possunt requirere curiam,vt abroget legem , quā faciunt,& nisi desistant,possunt coram superiore prosequi causam,& suam cōtradictionem.Et in tantum erat necessaria tribunorum authoritas,quòd ab vrbe etiam vnum diem abire nō lice bat,& domus eius die nocteq; apertis foribus patebat , vt auxilio plebi

plebio omnibus horis foret:hoc, & alia de eorum potestate & origine aggregat Volaterranus in lib.29.fol.314.

¶ Conuenit etiam antiquitas tribunitia cum nostræ tempestatis Iuratis, quia tribunis non licebat intercedere, quominus suo quisq; loco rogatus Senator sententiã diceret, hoc ponit Liuius in secũdo bello punico lib.8.fol.184. Ideò vt tacerent donec Senatores sententias dicerent, stabãt extra curiam, & Senatusconsultum eis nuntiabatur, Valer. Maxi. in titul. de instit. antiq. de potestate etiã tribunorũ scripsit Plutarchus, Problemate.79. vbi dicit hæc verba, Quid est quòd tribunus purpuram non portat, cùm cæteri Magistratus purpurati incedant, an quòd tribunus omnino Magistratus non est, nàm neque lictores habet, neque in sella curuli sedens ius dicit, nec in initio omnino: sicut cæteri Magistratus Magistratum ineunt, neq; creato dictatore potestatem deponunt: sed cum omnis Potestas & Imperium ad dictatores redeat, solum Magistratum retinent, quasi Imperium nullum gerentes, & aliunì in Repub. locum obtinentes: quidã Rectores statum esse nolunt, quippe qui non iudicium constituat, sed dissoluat, & euertat: sic tribunum Magistratui & Imperio potius opponi, quàm ipsum tribunatum esse: nam potentiæ Magistratus obsistere, & nimiam licẽtiam comprimere tribunitiæ potestatis, ac licẽtiæ fuerat, an hæc & similia ab his dicantur, qui rebus inueniendis studeat: tribunatus autem cum ex populo originem ducat, populare in primis videatur reliquis ciuibus parem se gerere, & in omni cultu & victu infimis ciuium comparari. Magnitudo enim ac moles cõsulem decet, & Imperatorem: tribunum verò, quemadmodum Curtius dicere solebat, abiectum esse, neque aspectu grauem, neque aditu difficilem, sed facilẽ ac multitudini commodum & tractabilem: vndè neque domus tribunitiæ ianuam claudi, moris erat, sed noctu & interdiu semper tanquam porticus quædam & profugium, quibus opitulandum esset: verum quo humiliori corporis habitu deprimitur, eò magis vi ac potestate augetur, communem enim tribuni vsum ac nemini clausum sicut aram postulant, honore autem sacrosanctum, quæ verba notabilia & elegãtia sunt circa vtilitatem, quam Reipub. possunt afferre tribuni, & nostro tempore Iurati.

ADDITIO.

[Romæ.] De quibus tribunis prius numerum erexit Romulus, vt patet apud Valentinum Forsterium, in historia Iuris ciui- a

lis Romani, cap. de Romulo in lib. 1. pag. 11. & Hotoman. de verbis Iuris in descriptione Magistratuum Romanorum, pagi. 445. cum sequentib.

b [Ex illa confesione.] De quo latè tractatur per Auend. c. 29. Prætorum. nu. 12. versic. quæ supradicta sunt. cum sequentibus vsque ad numerum. 13. lib. 2.



LIBER TERTIVS.

CAPVT PRIMVM.

Quòd Decuriones non possunt reuelare secretum Capituli.

SVMMARIVM.

Decuriones frangentes iuramentum in ingressu officij Præstitum infamiam incurrunt. n. 1.

Secretum præsumitur reuelatum in damnum Domini, nisi contra probetur. num. 2.

Secretum si cui iniungatur, tenere seruare nisi protestetur tunc quòd secretè non audit. n. 3.

Secretum manifestare est species proditionis. nu. 4. & 5.

Secretũ licet reuelare in aliquibus casibus. n. 6. & 7. quid in testẽ adducto.

POSTQVAM digresi sunt à consilio Decuriones & Consiliarij obligantur tenere secretum eorum, quæ fuerunt gesta & practicata in consilio, ad quod tenẽtur ex vinculo iuramenti, quod faciunt in ingressu officij, quod si violauerint sunt periuri, & ex hoc incurrunt infamiã. † l. si quis maior. C. de trãsactionib. & infamia repellit Decurionẽ à consilio, vt supra diximus,

mus, & Consiliarij reuelantes secreta Consilij possunt priuari officio, per text. in c. 1. in quib. caus. feud. amit. vbi text. dicit, quod vassallus, qui reuelat secreta domini priuatur feudo, & est text. & ibi not. Bald. & Docto. in cap. 1. in versic. credentias. de pace const. & hoc maximè si iurauit, vt dicunt ibi Doctores [a], & præsumitur secretũ reuelatũ in damnũ † domini, nisi vassallus, vel qui tenetur celare probet cõtrariũ, vel aliter præsumatur ex qualitate personarum, prout distingunt glo. & Docto. in d. cap. 1. in quib. caus. feud. amit. vbi Andr. de Isernia ponit notabilem quæstionem & quotidianam. de eo, cui fuit reuelatum secretum, & fuit sibi dictum, quòd secretum teneret, quod non potest reuelare, si expresse non protestetur, quod sibi nihil dicatur, quia non intendit tenere † secretum, & facit text. in l. 1. §. si quis tabulas. ff. deposi. & quòd ibi tenet Alberic. de Rosat. & secretum dicetur quod Dominus vel Senatus nolebat sciri, iuxta illud, nescit seruus, quod facit Dominus suus, Bald. in dict. c. 1. versic. credentias. & in tantum est hoc verum, quòd reuelantes secreta, vel consilia suæ ciuitatis, & detegentes priuata mysteria sui Potestatis, vel Præsidis tenentur pœna † falsi. l. obseruãdum. ff. de offic. præsid. & l. si quis. §. transfuge. ff. de pœnis. l. omnes delictũ. §. exploratores. ff. de re milit. [b] nã manifestare secreta, est quædam species † proditionis [c], vt ibi dicitur, & etiã sunt periuri, vt supradictum est, & ex hoc dicit elegãter Ioan. Andr. in c. literas. de præsumptio. quod si in cõsilio fuit tractatũ aliquid & Iuratum tenere secretũ, testis, qui vult hoc probare, aut est periurus, aut falsarius, quod dictum refert Bald. in l. nullũ. C. de testib. & dicunt Ioan. Andr. & Domi. in c. si electio. de electio. in 6. & dicit Andr. de Isern. in tit. quæ sint Regalia. versi. contrahentiũ. in. 2. additio. in fine. quod etiam reuelans secreta priuati, cui fidẽ spopondit, dicitur proditor, allegat. l. si quis aliquid. §. si quis instrui. ff. de pœnis.

ADDITIO.

[Vt dicunt ibi Docto.] Et refert Didac. Perez. l. 21. tit. 3. lib. 2. ordi. colum. 384. & ex. l. 5. titul. 4. libr. 2. Recopil. Domini de Regio consilio, & Relator eorum tenentur seruare secretum eorũ, quæ secrete in eodem cõsilio gerũtur sub pœna priuationis officij, & de ijs Decurionibus secreta reuelãtibus agit etiã Platea, in Rubric. C. de decurionib. libr. 10. & Auend. cap. 2. Prætorum. n. 25. in princip. lib. 1. vbi inquit, proditorem esse illum †, qui secre-

ta ciuitatis reuelat, & Cœpol.cons.crimi.39.n.26. cum quatuor sequentib. & sic habetur Prouerbiorum.11. & transumptiuè in cap.quia ambulat.in princ.5.quæst.5. qui ambulat frandulenter reuelat arcana, qui autem fidelis est celat amici commissum. Et de non reuelando sermone occulto tractant Canonistæ in.c. si sacerdos.de offic.ordi.& in. c.omnis vtriusque sexus. de pœnit. & remiss.& Mótolonius,in Promptuario iuris.verb.Reuelatio.
6 vbi describit aliquos casus † vbi licet secreta reuelare, & refert dictum Bart. propter quod inquit Bald. relatus per ipsum Montoloninum, animam Bart. fuisse dānatam. & in verbo arcanum,
7 idem Montolon.refert quādo posit quis in testem † adductus reuelare id quòd sibi secretè dictum est.

b [De re milit.] Et tradit Alberic.in.l.1.§.is qui deposita. ff.ad legem Cornel.de fals.& vide.l.2.tit.7. part.7.&.l.16.tit.19.p.3. & de reuelante Regis secreta, vide.l.5. &. 8. titul.9. partit.2.& ibi gloss.

c [Proditionis.] Vt in glo.1.istius capit. diximus.

CAPVT SECVDVM,

Quòd tenentur Decuriones residere in ciuitate.

SVMMARIVM.

Consiliarij non debent recedere à ciuitate sine licentia.n.1.
Decurio habitans in rure potest compelli redire in ciuitatem.n.2.
Decuriones non possunt acceptare officia extra ciuitatem.n.3.

ALIVD etiam tenētur seruare Decuriones, residētiam, scilicet in ciuitate, text.est in.l.si quis Decurio.la.1.C.de Decrionib.lib.10.qui text. est notabilis secundum Barto.
a 1 ꝙ Consiliarij non debēt recedere † de ciuitate a sine licētia aliàs puniūtur, siuè velint recedere causa legationis,siuè suæ propriæ rei, nec etiam possunt acceptare aliquod officiū extra terminos suæ ciuitatis.l.curialis vltra terminos.C.de Decuriónib.libr.10. Idem de omnibus cōsiliarijs Curiæ, nam nō potest Consiliarius sine licentia superioris egredi terminos suæ ciuitatis, & facit qd

dixi supra de tribunis,quibus non licebat, nec per horam egredi ciuitatem, de quo articulo plura dixit Platea. in. l. duumuirum. C.de decurionib.lib.10.& licet ista non practicentur, non licet ea ignorare,quia possunt, quando casus occurrerit,prodesse.

ADDITIO.

[Recedere de ciuitate.] Et sic inquit Bart.in.l.1.ff.de decurionibus.ꝙ Decurio habitans in comitatu † vel rure, cogitur redire ad ciuitatem, & facit etiam dictum Bald. secutum per Auiles c.54.præto.glo. *Partiere*. nu.2.vbi inquit, ꝙ ex hoc non possunt officia † & correctorias acceptare extra ciuitatem,& iure optimo, quia & in conscientia cogendi ad hoc sunt,secundum ꝙ resoluit Cordoua,in sua Summa, *de casos de consciencia*,quęst.55.per totam.Et vidi iam puniri in residentia Rectorem quendam propter absentiam longam à ciuitate in officio quodā iustitiæ: neq; obstat.l.6.tit.3.lib.7.Recopi.quæ solum videtur absenti Decurioni imponere pœnam amissionis salarij tēporis absentiæ,quasi cum hac sola pœna,lex illa videatur absentiam permittere, nam cum lex hæc punibilem reddat absentiam horum Rectorū, per consequens videtur prohibere eam, aliter enim non puniret, & sic ex longa & magna absentia debet crescere pœna vltra amissionem salarij. Quapropter consulo Decurionibus absentiam magnam facere volentibus,vt cum licentia Principis recedant,ne culpari possint,pro negotijs tamen suę ciuitatis missi ab ea sine pœna aliqua abesse possunt.

a
2
3

CAPVT TERTIVM,

De priuilegijs Decurionum.

SVMMARIVM.

Decuriones nostri temporis an gaudeant priuilegio antiquorum saltim vt non torqueantur.n.1.&.5.
Consuetudo an valeat quòd torqueantur.n.2.&.6.
Decuriones an excusentur à tributorum solutione.n.3.
Tabelliones etiam cameræ Regiæ non excusantur à tributis.n.4

POterant in hoc tractatu enumerari priuilegia Decurionum, & consiliariorum ciuitatum, qui in eorum locum successe-

runt,sed quia omnia sunt recollecta per Azonem in sua summa, & per Bartol.& Piat.in Rubrica.C.de decurionib.lib.10. & per
a Lucam de Penna[a]: & ideò ab inutili labore abstineo, sed restat
1 videre,an consiliarij † nostri temporis gaudeant ijs priuilegijs, maximè vt non torqueantur,& Gandinus,in tracta. malefic.tit.
b de quæstio & tormen. tenet quòd non gaudent[b], & idem tenet Odofredus,in tract.de quæstio. qui dicit quòd ita vidit obseruari,& idē Alberi.in.l.Diuo Marco.ff.de quæstio.Sed isti Doct. loquuntur de consuetudine aliquorū locorum,qua cessante consuetudine,certum est, quòd gaudere debent hoc priuilegio nè torqueantur, & hoc tenent Doct. vt dicit Salycet.in.d.l. Diuo
c Marco.& Bald.in.l.Decurio.C. de quæstio.[c] & magis potest intentari contra doctrinā Gandi.Odof.& Alberic.quòd non valet
2 consuetudo,quòd Decuriones & consiliarij torqueantur †,quia consuetudo per quā detrahitur dignitati alicuius nō valet, & est corruptela,& non seruanda,text.est notab.secundum Bartol. in l.omnes.C.de decurionib.libr. 10. & idem per illum text. tenet
d ibi Ioan. de Platea.[d]

ADDITIO.

a [Lucam de Penna.] Et Cœpola,cons.crimi.39.num.6.cum sequentib.aliquibus,& Thom.Grammat.decisio.32.num.3. ponit aliud,quòd non debet in triremes vel fustibus condemnari.

b [Non gaudent.] Sed ad an idem erit etiā quantū ad se eximendum à seruitijs & tributis consuetis solui ab hominibus nō nobi-
3 libus †,& de iure cōmuni Bart.in.l.si quis.§.honorem.ff.de muner.& honor.& Guido Papæ,decisio.398. affirmatiuè asserebāt, quòd gaudebant ijs priuilegijs tanquàm nobiles, & idē sequebatur Boeri.decisio.246.& idem in Iuratis asserebant. Angel.verò in.l.ædiles.ff.de via pub.& glo.in.d.§.honorē,qui in alijs Codicibus pro lege habetur, & Lucas de Penna, in.l.1. C.de immuni. nemi.con.libr.10.contrarium asserebant, imò quòd dicta exemptione non gauderent Rectores ij, vel Iurati, & hæc secunda opinio est iam approbata per.l.11.titu.25.lib.4. Recopil. vbi diximus,& ibi idem disponitur circa tabelliones ciuitatū & populo-
4 rum quorumlibet,imò & idem in tabellionibus cameræ † Regię vel Principis disponit.l.fin.tit.14.libr.6.Recopil. Et in criminalibus,inquit Cœpol.d.cons.crimi.39.n. 17.indistinctè esse de cōsuetudine vt Decuriones hodierni priuilegio aliquo Decurionum antiquorum non gaudeant.


[De quæ-

[De quæstio.] Doctores ij tantum differunt an torqueri pos- 5
sint † Decuriones, & circa hoc idem quòd Author hic examinat c
latè Cœpola.d.conf.crimi.39.à nu.3.cum sequētib. pluribus, vbi
num.22.idem quòd Odofredus & Alberic.tenet & asserit, & has
opiniones refert Francisc. Brunus, in tract.de indicijs & tortura,
in.4.quæst.princ.qui in nu.20.& 21.differit qui posint torqueri,
& Clarus, lib.5.recep.senten.quæst.64.nu.20.

[Ioan.de Platea.] Et tenuit Brunus & relati ab eo, in.d.quæst.4. d
nu.24.& communem testatur Clarus, vbi supra.n.16.& Menes.
in.l.1.nu.9.C.de iur.& fac.ignor.qui tamen si bene inspiciantur
loquũtur quoad illos, qui de iure nobilitatem acquirunt, vt sunt
Doctores & Aduocati, ij enim de iure verè nobiles sunt, vt diximus
in.l.8.&9.tit.7.lib.1.Recopil.& in.l.1.titul.16.lib.2.Recopil.
& sic consuetudo vt ij torquerentur esset corruptela & non
seruāda, nos verò loquimur quoad Decuriones, in quibus nō reperimus
ita dispositum in iure sicut in Doctoribus & Aduocatis,
ideò nimirum si aliud in vnis & non in alijs dicendum sit quoad
consuetudinis validitatem. Et sic vbi vigeret cōsuetudo torquendi
† Decuriones in quibuslibet delictis per eos cōmissis, seruanda 6
foret, prout in Francia seruari inquit Boeri.decisio.163.nu.7.
& Carolus à Grassallis, lib.1.Regali.Fran.Iure.7.pag.110.cum sequentib.
in paruis, & vbi dicta non adesset cōsuetudo, in criminibus
aliquibus essent Decuriones torquēdi, sicut & in eis torquerentur
nobiles & Doctores & Aduocati, & alij, qui de iure nō forent
torquendi, qualia sunt, crimina læsæ Maiestatis. † l.de mino 7
re.2.respon.ff.de quæstionib.l.nullus. C. ad legē Iuliam maiest.
Aretin.in tracta.maleficiorum, in verbo, che ay tradita la tua patria,
in princip. Proditio patriæ ciuitatum, aut Principum, hisque
affinia, ex.l.desertorē.§.ijs qui ad hostes.& l.proditores.ff.de re
milita. Idem videtur in crimine simoniæ, teste glo. Maiestatis. in
dict.l.nullus.per textū in.l.si quenquam. C.de Episcopis & cleri.
ibi ad instar publici criminis, & læsæ Maiestatis accusatione pro
posita à gradu sacerdotij retrahatur: nec ab simile cēsetur in maleficis
& Mathematicis atque alijs similibus, de quibus loquitur
lex, & si excepta. C.de malefic. & mathema. Adde idem dicendum
esse in crimine falsi.l.si quis Decurio. C.de falsis. Et idem in
priuato carcere. l.1. C. de priua. car. quòd intelligerem vt alibi
diximus, quoties propter priuatū carcerem quis mortis pœnam
incurreret, & idem dicēdum si in officio deliquit, ex.l. qualiter.

C.de

C.de decurionib. lib. 10. not. Tiraquel.de pœnis temperandis, causa.58.numer.4.& duorum postremorum meminit gloss. in dict. l. & si excepta, & Brunus, vbi supra numer.24.& Iodocus Dumdouher, in sua practica crimi.capit. 41. numer. 8. cum sequent.& idem ego dicerem in omni alio delicto propter quòd nobilis gaudere non debet dignitate sua, prout est in publico latrone, vel grassatore, vt dicemus Deo volente in.l.4.&.5.titu.2. lib.6.Recopilationis.vt per Auend.in dictionario, in verbo, *Canallero*. & Couarr.lib.3.Variarum capit. 9. num. 4. & Simancas, de instit.cathol.tit.65.nu.44.cum sequent.aliquibus.& Cassanc. in consuetud.Burgund.fol.189.num.5.vbi allegat Felin.in cap. Pastoralis. in princip.de offic.deleg. ponentem casus in quibus perditur nobilitas, & vide etiam Afflictis decisio. Neapol.fi.nu.23.& ijs expendita est Curia Pisana. Sed quia côueniens erit aliqua addere capitula pro omnium complemêto, ideò ego nouissimè addo quartam partem huic Curiæ Pisanæ, & erit eius liber quartus, & quarta pas.



LIBER QVARTVS, Nouiter additus per Additionatorem.

CAPVT PRIMVM.

Quæ sint de iure Rectoribus prohibita.

SVMMARIVM.

Peccatiuæ officiorum de iure prohibitæ sunt. n.1.

Pater & filius idem officium in concilio habere non possunt. n.2.

Duo tamen, vnus vnum, alius aliud possunt, vt ibi.

Filius

Filius sacerdotis an patris beneficium possit in Ecclesia obtinere, & quid si est differens. nu. 3.
Decurio quibus cum personis viuere non potest, & à quibus recipere salarium. num. 4.
Abesse non dicitur causa Reip. qui causa proprij commodi abest, neq; expensas capere debet. num. 5.
Alia prohibita Decurionibus prosequitur in num. 6.



VM in aliquibus ex Capitulis præcedentiũ librorũ dictũ sit de pluribus, quæ Rectoribus de iure sunt cõmissa & permissa, nunc & consequenter cõmodum erit videre, quę sint de iure eis prohibita. Et primo de iure prohibentur spectatiuæ officiorum † publicorum nondum vacātium, vt expreſsè probatur ex. l. 3. tit. 3. lib. 7. Recopil. l. 13. tit. 10. lib. 5. Recop. Et sic idem iam dispositum reperimus in officijs secularibus, sicut in Ecclesiasticis beneficijs dispositum erat, prout & asserebat Socinus, consi. 53. incip. miror, quòd in præsenti, volumi. 3. & Rebuff. in. 2. tomo, constitu. Franciæ, titu. vt beneficia ante vacat. artic. 1. glo. 2. optimè Corneus, consil. 45. Deum innocent. col. penult. & fin. etiam si talis spectatiua esset incerti hominis, prout ex dict. l. 3. probatur, contra Deci. in. l. fin. C. de pactis. distinguentem inter spectatiuam certi hominis, vel incerti, vt prima dari non posset, secunda vero sic, contra quem in effectu cum Socin. tenuit glo. fin. in. l. 13. titu. 5. p. 5. dum legem nostram ad hoc allegat, & iure optimo, nè detur votum captandæ mortis, prout aliàs daretur, & hæc fuit etiam ratio prohibendi dictas spectatiuas in beneficialibus, ex. c. 1. & 2. de cõces. præbend. in sexto. & ex similibus iuribus, & ideò ex. d. l. 3. reuocātur & annullantur oẽs spectatiuæ, si quæ contra illius dispositionem concederentur, exceptis datis & concessis de patre ad filium, in quibus amor naturalis nihil fœdũ suspicari permittit, vt inquit text. in cap. cum in iuuentute. de præsumptionibus. Secundo prohibentur habere duo officia in eodem concilio, ex. l. 4 tit. 3. libr. 7. Recopil. de quo diximus in cap. 22. libr. 2. suprà. Tertio prohibentur vnum & idem officium habere † in concilio pater & filius propter officiorum confusionem, & incommodum Reipubli. ex. l. 5. titu. 3. lib. 7. Recopil. Non tamen ex hoc prohibetur, 2

quòd pater & filius nō possint habere duas Rectorias in eodem concilio diuersas & distinctas, ita ꝙ Rectoria patris non sit illa, quæ est filij, neq; illa quæ est filij sit illa quæ patris: & sic semel in facto respōdi, & in hoc facto sic fuit prouisum in cōcilio Placentino, vbi pater & filius diuersas obtinent Rectorias. Pater enim & filius bene admittuntur in actu vniuersitatis ex.l.illud.ff. ꝙ cu iusq; vniuer.nomi.notat Francis.Marcus decis.Dalphin. 630.n. 2.nisi aliud sit statutū, vt ibi in Senatu Parisiēsi inquit intellexisse, ꝙ pater & filius simul non admittuntur, nisi vnus in absentia alterius, & in consilio Cardinalium idem dicit. Sic & licet filius non solum sacerdotis, sed & cuiuslibet nō sacerdotis ex fornica-
3 tione † tamen, & sic illegitimè natus, non possit habere beneficium patris, nec intitulari in Ecclesia in qua pater suus immediatè fuit intitulatus & beneficiatus, vt apparet ex Decreto.15.Sacri concilij Tridentini de reformatione. Sessione.25. ibi qui nō ex legitimo nati sunt matrimonio, & ex cap.ad extirpandas, cum glo.fina.de fil.presbyt.notat Rebuff.in praxi benefic.titu. de dispensa. super def.nat. nu.37. nè detur succesio in Ecclesia Dei, aut in beneficijs, contra dispositiones.cap. Apostolica.8.quæst.1. & cap.1.de præbend. & cap.consuluit. de iure patronat. & cap. ad decorem.de institutionib. iunctis positis per Rochum, de iure patrona. verbo, Honorificum. quæstione.18. num.49. potest tamen filius legitimus etiam sacerdotis & itidem viuo Patre habere aliud beneficium in Ecclesia, in qua pater eius est beneficiatus, licet non idem beneficium, secundum Calderinum con sil.1.sub titul.de fil.præsbyt. Deci. in cap.inter cæteras. num. 4. de rescript. Bernard. Diaz, in practi.cano. cap.43. & est gloss. in dict.capit. Apostolica.8.quæst.1.& glo.fin.in capit.ad hæc.& in capit.cum decorem. in glo.1.de fil. presbyt.& Franciscus Marcus, decisione Dalphin. 630.num.10.&.11.Quartò prohibetur
4 Rectoribus ijs viuere cum iudice aliquo vel Rectore alio †, Alguzello, Iurato, vel qualibet alia persona habente votum in eodem concilio, sub pœna amisionis officij, & quòd votum suum non admittatur in eodem Concilio, secundum textum in.l.9.titu.3.lib.7. Recopilationis. & sic consulerem ego vt filius Rector ciuitatis insimul cum patre in eadem non viueret Domo. Itidem neque Rectores ij possunt viuere cum Prælato, vel milite aliquo illius ciuitatis, aut populi cum salario, ratione, aut quitatione aliqua, vel subsidio directè, vel indirectè publicè

blicè aut secretè percipiendis, sub pœna amissionis officij, aut officiorum à Rege habitorum sine alia declaratione, etiam si talia officia sint annalia, prout. l. 10. titulo. 3. libro. 7. Recopilationis. statuitur, nisi aliud de licentia Principis sit permissum cum derogatione dictarum legum, prout sepæ fit & vidi licentias super his. Quintò prohibetur Rectoribus ijs officia Dardanorum exercere, ex.l. 10. titulo. 3. lib. 7. Recopilationis. imo & cuiuslibet mercantiæ, negotiationis aut lucri esset prohibitio facienda, vt diximus in. l. 25. titulo. 7. libro 3. Recopilationis. & nunc iterum dico & repeto, maxima enim ex contraria permissione inconuenientia resultant & damna, quæ si nota fuissent Regi nostro, aut eius supremo Consilio, non dubito, quin remedium adhiberetur circa hæc. Sextò prohibetur Rectoribus ijs, nè pro negotijs suæ ciuitatis aut populi curiam, vel cancellariam, vel alium locum adeant, vbi propria habent negotia, sub pœna soluendi salarium duplatum ciuitati illi & populo, pro quo curiam vel locum alium adiuit, & illud tantudem cameræ Regiæ, vt probatur in. l. 21. titulo 3. libr. 7. Recopil. non enim videtur verè causa Reipubli. qui causa proprij commodi in legatione est. l. non verè. &. l. Reipubli. causa. ff. ex quib. cauf. ma. not. gloss. penult. in capitul. 2. de priuileg. in sexto, neque debet capere expensas, qui pro negotijs proprijs curiam adiuit, secundum glo. penult. in capit. vt præteritæ. de electio. in sexto. imò & committit delictum legatus Regis, vel prouinciæ, si dum in legatione est, libellum pro se præsentauit, ex Angel. consil. 319. Septimò illi, qui † reassumpserunt primam tonsuram, prohibentur esse Rectores ciuitatũ, 6
ex. l. 3. tit. 4. lib. 1. vbi diximus. Octauò non possunt esse Aduocati in causis coram eis pendentibus, secundum text. in. l. 31. tit. 16. lib. 2. Recop. & in lib. 2. supra eod. diximus & retulimus aliqua. Nonò debent abstinere ab emptione horũ officiorum in locis vbi per vota conferuntur, secundum text. in. l. 7. & . 8. tit. 2. lib. 7. Recop. de quo in hoc lib. 4. dicemus. Decimò prohibentur esse fideiussores correctorum, aut aliorum officialium iustitiæ, ex. l. 13. tit. 5. lib. 3. Recopil. vbi dixi. Vndecimò prohibentur habere partiales ad populum inquietandum, neque ab eis dona recipere possunt, secundum text. in. l. 6. titu. 14. lib. 8. Recopil. sub pœnis ibidem descriptis. Duodecimò non debent impedire prosecutionem litiũ suæ ciuitatis, vel populi & bonorum eius sub pœnis

de quibus

de quibus in l.7.titu.5.lib.7.Recopil. Decimotertio prohibentur occupare aut tenere bona, terras vel defensas & loca publica suæ ciuitatis & populi, vbi officia exercent, secundum textum in l.3.4.&.5.tit.7.lib.7.Recopil. Item non possunt esse conductores, fideiussores, vel laudatores redditauum Regiorũ, vel proprium suæ ciuitatis & populi, neque vecariatam eius per se, neque per interpositas personas sub pœna priuatiōis officij & quartæ partis bonorum per tertias partes diuidēdorum inter fiscum, denuntiatorem, & iudicem, & quòd sic iurent in principio officij, & aliter eius possessionem non adipiscantur, secundum tex. in l.3.tit.5.lib.7.Recopil. & l.4.&.9.tit.10.libr.9.Recopil. not. Auend.c.1.2.Prætor.nu.13.versic.octauum est.lib.2. hæc & alia, si quæ reperiuntur, prohibentur Rectoribus ciuitatum, ac populorum, ad quæ aduertere debent, nè forte inconsiderate pœnas aliquas incurrant, & quòd est principalius nè conscientias onerent.

CAPVT. II.

Qualiter & in quos sint Rectoriæ renuntiandæ, & Rectoriarum capienda possessio.

SVMMARIVM.

Renuntiatio officij est ad concedentem dirigenda. num.1.

Viginti dies vitæ renuntiantis debent esse impleti.nu.2.& .6. & de momento ad momentum currunt.nu.3.

Dictio, post, quando significet actum sæptum, vel finitum. num.4. vbi num.5. infertur ad statutum sonum campanæ requirens.

Intellectus capiendus est per quem actus valeat & non pereat. nu.7.

ET pro introductione huius capituli sciendum est ad concedentem, & sic ad Regem esse renuntiationem dirigēdam,
1 † vt ipse dignetur renuntiationē admittere, & titulum nouum in fauorem illius, cui renuntiatur concedere, ex tex.in l.5. tit.4.lib.7.Recopil.ibi, *Ante nos*, nonenim potest officium resignari, nisi coram concedente, secundum Rebuff. in praxi.benefi. titu.de resigna.expressa.num.14.pag.476.in fine.& tunc titulus antiquus ab ipso Rectore renuntiante habitus debet, vt rumpatur, cum

tur,cum ipsa renuntiatione coram ipso Rege præsentari, secun dum text.in.l.6.in fine.d.tit.4.lib.7. Recopilationis, quo scito dicendum est & notandum,officia omnia Rectoriæ, tabelliona tus & similia renũciari posse per illos,quibus Rex cõcessit,quocũq; tẽpore,siuè in vita,siuè in mortis articulo,& validas esse tales renũtiationes,etiam si talia officia sint de officijs augmentatis,secundum tex.in.l.14.tit.3.lib.7.Recopilationis. Dum tamen renuntians viuat viginti dies postquam talem annuerit renũtia tionem,aliter enim prouideri non posset, secũdum text. in.l.4. tit.4.lib.7.Recopilationis.& debent esse ij viginti dies completi,neq; sufficeret trigesimum tetigisse diem †,imo & dies totus 2
termini non cõputaretur in termino,sed de momẽto ad momẽtum † sunt cõputandi,secundum Gometium Leon, in centuria 3
informationum iuris. capit.22. num. 5. & sequentib. & hoc de notant verba illius.l.4.ibi, *No vala si no viuiere veynte dias despues que otorgare la tal renunciacion* , ponderando dictionem illam, *Despues*, Latinè,post,postquã,vel posteaquã, quarũ quidẽ dictio num natura ea est, ꝙ vbicũq; adijciũtur alicui actui successiuo, qui ad sui perfectionẽ nõ habet terminum præfinitũ, significant actum † cœptũ,sed nõ finitũ,& sic si dictat statutũ,ꝙ si qui fuerit 4
inuentus post sonũ Campanæ,ꝙ pœna duplicetur,tunc sufficit, ꝙ sit incœpta , sonatio † campanæ propter vim illius dictionis, 5
post,adiectæ actui successiuo,ita Bartholom.Socin.l.2. §. credi tum. ff. si cert.pet.nu. 6. sed si actus ille successiuus,cui adijcitur aliqua dictarum dictionum , habet terminum præfinitum , vt in nostro casu,tunc inspicitur finis actus,& requiritur eius implementum, secundum Barto.& omnes,in dict.§.creditum.præser tim cum de iure sit,ꝙ termini currunt de momento ad momen tum,ac proinde sit necesse vltimum diem † perfectè integrum- 6
que adimplesse numerãdo, vt dixi,de momento ad momentum, secundum Bartolum,Paulum,& omnes in.l.prima.ff. si quis cau tio.per textum expressum per ipsos allegatum in.l. 3. §. minorẽ. ff.de minoribus.& sic in nostris terminis,tenuit Rebuff.l.2.§.cu iusque diei .versic.idem dicemus.pagin.29.ff.de verborum signi ficatione. Gomecius in regul.cancel. de infir. resign. quæst.37. relatus & secutus per Gomecium Leon,vbi suprà.num.6.qui in nu.7.tenet,quòd dies ipse renuntiationis factę non computatur in termino horum viginti dierum,quòd declarandum esse mihi videtur,vt non totus dies renuntiationis computetur, sed quòd

ab illo momento, quo renuntiauit computatio fiat, cum supra ipsemet Gomecius Leon, conclusèrit de momento ad momentum hos viginti dies currere, & sic si hora diei non apponatur, in dubio totius illius diei renuntiationis habebitur consideratio, vt totus in termino computetur cum dict. l. 4. non loquatur per dictionem, a, vel ab, quæ exclusiua est illius diei, prout loquitur Gomecius in dicta quæstione. 37. & dictio illa, post, dict. l. 3. cursum diei immediatè post renuntiationem considerasse videtur, ibi, *Despues q otorgare la tal renunciacion*, & cum de illo momēto non cōstet, meritò q̃ totus cōputetur: itē quia semper debemus capere intellectū illum per quē † valeat, & nō pereat actus, ex. l. quoties. ff. de reb. dub. quæ quidē præsumptio per quam actus sustinetur, solet præualere alijs præsumptionibus, vt per Bal. & alios in l. cū in testamēto. §. hæc verba. ff. de hęred. inst. & not. Alciat. de præsump. Regul. 1. præsump. 30. n. 6. & Regul. 3. præsump. 34. n. 5. & hoc præsertim in odiosis, prout est perdere officiū tūc enim in meliorē partem debet præsumi, quę quidē melior pars cōsistit in extinctione odij, vt in aliud propositū inquit idē Alciat. in. d. præsump. 34. n. 13. & sic mihi, sub saniori consilio, videtur tenendū. Sed si de momēto factæ renuntiationis cōstaret, tunc vtique ab illo momento dies cōputaretur. Cū qua quidē renuntiatione & cū titulo antiquo debet pars illa in cuius fauorem renūtiatio facta est se præsentare intra triginta dies à die renuntiationis numerādos corā Rege, aliter enim renuntiatio illa est nulla, secundū tex. iuncto eius summario in. l. 4. tit. 4. lib. 7. Recop. Ex qua nōtandū est, q̃ si aliter fiat, licet illa renūtiatio nō valeat, poterit tamē renuntians ex alijs renūtiationibus in eum post factis, vel faciēdis se iuuare si in tēpore legitimo factę sint & pręsentatę. Item notandū, q̃ multoties ille, in cuius fauorem renuntiatur, nè forte labātur illi triginta dies vitæ renūtiantis assignati præsentationi, solet se intra viginti dies vitæ renūtiātis præsentare, & tūc nō exploditur pręsentatio, sed admittitur potius & titulus nouus expeditur, vt ei detur statim possessio officij, cōstito prius, quòd renūtiās vixit per illos viginti dies, cū quo quidē nouo titulo debet prouisus se præsentare in concilio ciuitatis, vel populi corā correctore & alijs Rectoribus intra sexaginta dies à die concessionis tituli numerandos, & petere possessionē illius officij & capere, & ea vti sub priuationis officij pœna, vt apparet ex. l. fi. tit. 4. lib. 7. Recop. & amplius non debet pati, quòd illo officio vtatur renūtians.

M

tians. Et quoniã circa hæc plurimæ solebant fraudes fieri in damnũ Regij patrimonij noua Pragmatica fuit prouisum de remedio vt fraudes istę deinceps cessaret, quæ quidẽ sanctio & noua constitutio cum præ manibus nõ habeatur, eò ꝙ in Regia Recopi. nõ dum est inserta, libuit eam, vt omnibus nota sit, pro complemẽto istius capituli inserere de verbo ad verbum, in hunc modum.

DON Philippe por la gracia de Dios, Rey de Castilla, de Leon, de Aragon, de las dos Sicilias, de Hierusalem, de Portugal, de Nauarra, de Granada, de Toledo, de Valencia, de Galizia, de Mallorcas, de Seuilla, de Cerdeña, de Cordoua, de Corcega, de Murcia, de Iaen, de los Algarues, de Algezira, de Gibraltar, de las Islas de Canaria, de las Indias Orientales, y Occidentales y tierra firme del mar Oceano, Archiduque de Austria, Duque de Borgoña, de Brabante y Milan, Conde de Abspurg, de Flandres y de Tyrol, y de Barcelona, Señor de Vizcaya y de Molina, &c. Al Serenissimo Principe Don Philippe, nuestro muy caro, y muy amado hijo, y a los infantes, Perlados, Duques, Marqueses, Condes, y rices hombres, Priores de las ordenes, Comendadores, y subcomendadores, y a los del nuestro consejo, Presidentes y Oydores de las nuestras audiencias, Alcaldes, Alguaziles de la nuestra casa y corte y Chancillerias, y a todos los Corregidores, Assistente, Gouernadores, Alcaldes mayores y ordinarios, Alguaziles merinos, Prebostes, y otras qualesquier nuestras justicias y personas, de qualquier estado, preeminencia, ò dignidad que sean, ansi a los que agora son, como a los que seran de aqui adelante, y a cada vno de vos, salud y gracia. Sepades que la experiencia ha mostrado, que lo que se halla determinado por leyes de nuestros Reynos, quanto a las renunciaciones de aquellos officios q̃ son renuncables, no ha bastado, ni basta, para que se dexen de procurar y hazer algunas cosas cõtra nuestra intẽcion y en grande daño de nuestra preeminẽcia y patrimonio Real, y del biẽ publico destos nuestros Reynos, porq̃ comoquier q̃ ansi es, q̃ por ellas esta dispuesto que no vala la renunciacion, si no viuiere veynte dias el q̃ renũcia despues de otorgada la renũciaciõ. y q̃ la persona en cuyo fauor el tal officio se renunciare, se presente ante nos cõ la renũciaciõ y suplicacion dẽtro de treynta dias, y q̃ dẽtro de sesenta despues q̃ nos le ouieremos dado la prouision de merced del dicho officio, la presente en el concejo de la tal ciudad, villa o lugar donde fuere el tal officio, y tome la possessiõ del. No ha bastado lo ansi proueydo, para estoruar los dichos daños è inconuenientes, porque con no estar determinado tiẽpo, para sacar los titulos de los dichos officios, algunas personas los vienen

a sacar muchos dias y meses y aun años, despues de auer hecho las renunciaciones y presentaciones dellas ante nos. Los quales no se les podian dexar de despachar, en virtud de las dichas presentaciones, y renunciaciones, que tanto tiempo antes teniã hechas y guardadas, auiendo viuido los veynte dias. y por tal termino y camino assegurauan los dichos officios cõtra nuestra intẽcion, y patrimonio Real y bien publico, haziẽdolos hereditarios, como los otros bienes que tienen y posseen. Y queriendo proueer y remediar lo susodicho. y la desorden que en ello ha auido, como cosa que tanto importa a nuestro seruicio, y al biẽ de la cosa publica, y q̃ cessen los dichos daños è inconuenientes, y que estos no passen, ni vayan mas adelãte, visto y tratado por los del nuestro consejo, y con nos consultado, Fue acordado que deuiamos mandar dar esta nuestra carta: La qual queremos que aya fuerça de ley y pragmatica, bien ansi, como si fuesse hecha y publicada en cortes. Por la qual ordenamos y mandamos, que qualquier persona que renunciare qualquier officio de los que son renunciables, aya de sacar, y saque el titulo del, dentro de nouenta dias despues de hecha ante nos la presentacion de la renunciacion del tal officio: los quales passados las dichas renunciacion y presentacion, sean en si ningunas, y no se pueda vsar, ni vse de aquellas. Y declaramos, que por lo contenido en esta nuestra ley y pragmatica, no se entiende que se haze nouedad alguna, cerca de los dichos veynte dias que ha de viuir el que renuncia, ni cerca de los treynta de la presentacion ante nos, ni de los sesenta enel consejo, ni de la possessiõ que se ha de tomar del dicho officio. Lo qual mandamos guardeys y cumplays y executeys, y hagays guardar, y cumplir y executar si, y segun de suso se contiene y declara: y contra el tenor y forma dello, no vays ni passeys, ni consintays yr ni passar, agora ni en tiempo alguno, ni por alguna manera. Y porque lo susodicho venga a noticia de todos y ninguno pueda pretender ignorancia, que esta nuestra carta sea pregonada publicamente en esta nuestra corte. Lo qual queremos se guarde, cumpla y execute, en esta nuestra corte, passados treynta dias, y fuera della, passados nouenta dias, despues de la publicacion desta nuestra ley y pragmatica. E los vnos ni los otros, no fagades, ni fagan ende al, so pena de la nuestra merced, y de cinquenta mil marauedis para la nuestra camara. Dada en Aranjuez a nue dias del mes de Mayo, de mil y quinientos y ochenta y tres años.

YO EL REY.

El Conde de Barajas El Licenciado Fuenmayor. El Licenciado Iuan Thomas. El Doctor Don Yñigo de Cardenas çapata. El Licenciado don Pedro Portocarrero. El Licenciado don Fer-

don Fernando Niño de Gueuara.
Yo Antonio de Eraſſo, ſecretario de ſu Mageſtad catholica, la fize eſcriuir por ſu mandado.
Regiſtrada, Alonſo de Vergara Pecellin, Chanciller Alonſo de Vergara Pecellin.

EN la villa de Madrid, a diez y ocho dias del mes de Iunio, de mil y quinientos y ochenta y tres años, delante de palacio y caſa real de ſu Mageſtad, y a la puerta de Guadalajara, de la dicha villa, donde es el comercio, y trato de los mercaderes y officiales, eſtando preſentes, el Licenciado Aluar Garcia de Toledo, y Licenciado Tejada, y doctor don Alonſo Agreda, y Licenciado Iuã de Valladares Sarmiẽto, Alcaldes de la caſa y corte de ſu Mageſtad, ſe publico la ley y pragmatica deſta otra parte cõtenida, cõ trõpetas y atabales, por pregoneros publicos a altas è intelligibles vozes, a lo qual fueron preſentes, Ribera, y Herrera, Diego Garcia, alguaziles de la caſa y corte de ſu Mageſtad, y otras muchas perſonas.

Iuan Gallo de Andrada.

CAPVT TERTIVM,

An Concilium, vel vniuerſitas poſsit delinquere, & accuſari.

SVMMARIVM.

Collegium ſecundum veritatem non eſt aliud à ſingulis de collegio, ſecundum verò fictionem ſic. nu.1.
Collegium & vniuerſitas eſt quædam perſona ficta. nu.2.
Statuto ſtãte quòd compromiſſum fiat inter perſonas, nõ fiet ſi lis eſt cum vniuerſitate. num.3.
Delictum in omittendo cadit in vniuerſitatem. nu.4.
Delictum in faciendo quomodo cadat in vniuerſitatem. numero.5.
Quid probandum, vt dicatur vniuerſitatem præſcribere. num.6.
Ciuitas ſi carens ſufficiente præſidio alicui ſe ſubijciat Principis excuſetur. num.7.
Innocentes ciuitatis an tenebuntur pro collecta impoſita pro pœna delicti à ciuitate commiſsi. nu.8.

ET in huius capituli materia sciendum est, quòd secundum veritatem nõ est aliud collegium à singulis de collegio, sed
1 secundum iuris fictionem aliud collegium †, aliud singuli, vt.12.quæst.2.qui manumittitur,& cap.nouit.de ijs quæ fi.à præ-
2 lat.vnde collegium, seu vniuersitas est quædam persona ficta † & repræsentata.l.mortuo.ff.de fideiusso.& in. d.c.nouit,vbi dicitur,quòd Episcopus & canonici faciunt vnũ corpus,quod quidem non est verum,sed fictum & repræsentatũ.Et sic dicebat Roma. consil.670.& alij relati per Menochium,de arbitr.iudi.casu
3 183.num.16.quòd stante statuto †, quòd niter personas fiat com promissum,non habebit locum quoties lis est cum vniuersitate, & sic propriè vniuersitas,seu collegium capitulum vè delinquere non possunt,neque accusari, quia non habent verum corpus, sed propriè delinquunt singuli,& singulares de vniuersitate,habetur tamen istud corpus pro vero quoad multos iuris effectus. Vndè est considerandum,quòd quoddam est delictum cõsistens
4 in omittendo,& illud benè † cadit in vniuersitatem, loquendo tamen secundum illam iuris fictionem,vt.l.iubemus.C.de sacro sanctis ècclesijs.& sic cõtra vniuersitatẽ præscribitur ratione negligẽtiæ,& facit ꝗ not.in.c.de illis.de condi.appos. Quoddã est
5 verò delictum consistens in faciendo,† & in tali delicto est considerandum, quòd propriè concernit ipsam vniuersitatem, ita quòd non singulos, vt facere iniqua statuta, collectas seu dacia il licita imponere & similia,ista enim non possunt ad singulos adaptari,sed ad ipsam vniuersitatem,vnde in istis ipsa vniuersitas delinquere potest, vt in authenti.nulla cõmunitas,& in authenti. cassa.C.de sacrosanct.ecclef.cap.grauem. & cap.nouerit.de senten.excommunicationis.Quædam vero sunt delicta, quæ propriè non cadunt in ipsam vniuersitatem,vt dolus,homicidiũ, & similia,& talia delicta potest vniuersitas alijs demandare, vel ex post facto rata habere,& in ijs ciuitas delinquere potest,& delinquendo obligatur & tenetur,ex text.in.l. metũ.§.animaduertẽdum.ff.quod metus causa. idque verum est & procedit, quoties omnes de collegio, capitulo vel vniuersitate communicato cõsilio,& præcedente deliberatione deliquerunt,tunc enim omnes de capitulo tenẽtur,nisi illi,qui expressè contradixerũt, prout cõ tradixit Ioseph ab Arimathia,in conciliabulo facto contra Christum IESVM Dominum nostrum, isti enim contradictores non tenebuntur,dum tamen dicto,vel facto contradicant,secus

verò si tacerent, nā tunc idem esset, ac si consensissent, in actu, & delicto habēte causam successiuam, vt est guerra, dissensio, & patriæ destructio, & vt de contradictionibus constet, sint contradictores diligentes vt in actis describantur: & hæc tunc procedunt quoties simul congregati sciuerint, & consenserint tacitè vel expressè, secundum Octauianum, in decisione Pedamon. 39. nu. 3. & ita animaduertit ibidem esse articulandum & probandum, sicut & vt vniuersitas præscribere possit, requiritur ꝙ probetur, quòd ex mandato ipsius vniuersitatis legitimè congregatæ † possedisse & præscripsisse œconomos suos & syndicos, aliter enim mandatum ab vniuersitate dari non posset, vt optimè per Bellonum, consilio. 49. num. 7. &. 8. Si verò non communicato consilio & deliberatione habita & congregato ad hoc consilio delinquerent, tunc vtiq; nō puniretur collegium, vniuersitas, vel capitulum, sed illi tantum, qui delictum commisissent, ista est Bart. doctrina in. l. aut facta. §. fin. colum. fin. ff. de pœnis. ad quem in ijs semper & quotidie recurrimus, & non est obliuiscēda eius doctrina secundum Iasonem in. l. ciuitas. nume. 2. ff. si certum petatur. vbi allegat plures eum sequentes, & Anchar. singulariter consil. 158. ex narratis in facto. versic. præterea vt dicatur. & communiter est hæc doctrina approbata, secumdum relatos per Iulium Clarum, in libr. 5. pract. crimin. §. fi. quæst. 16. n. 7. &. 8. &. Curti. Iuni. relatus per Villalobos, in Ærario commu. opin. verbo, Vniuersitas. vel collegium, & secundum hæc potest puniri & accusari vniuersitas, collegium, vel capitulum, & quomodo tunc punietur, vide optimè per Clarum, vbi supra. nu. 9. quem referre sufficiet, quia secundum qualitatem delicti cōmissi punienda est vniuersitas collegium, vel capitulum, & secundum hæc refert Ias. in dict. l. ciuitas, casus in facti contingētia accisos. Et an si ciuitas, quæ præsidio sufficiente caret †, se potériori alicui Principi coacta subiecit, à crimine rebellionis sit excusata, vide Petrum Pekium, in regul. in argumentum. nu. 1. &. 2. de regul. iuris in sexto, vbi alia in ista materia dicit. De quibus & actum est latè, & optimè per Octauianum in decisio. Pedamont. 138. per totam. Et pro complemento huius capituli sciendum est quod quādo vniuersitati ratione alicuius delicti commissi imponitur aliqua pœna pecuniaria, pro qua soluenda imponenda esset collecta, tunc innocentes contribuere † non tenentur, vt per eundē Octauianū decis. 90. nu. 9. vbi & in dicta decisione alia de dictis refert.

6

7

8

CAPVT QVARTVM,

An iniuria facta vni de concilio, collegio, aut capitulo censeatur toti collegio aut capitulo facta, ita quòd agere poßit contra iniuriantem.

SVMMARIVM.

Collegium, capitulum, vel vniuersitas poßunt accusare delinquentes contra eam. nu. 1.
Iniuria facta vni de collegio, ipsi collegio & capitulo censetur facta. numero. 2.
Vniuersitas Domino ac patri comparatur. n. 3.
Patri receptanti filium bannitum parcitur, & vniuersitati receptanti ciuem bannitum. n. 4.
Canis honoratur respectu domini & sic Decurio propter vniuersitatẽ & concilium, cui praeest honorandus. n. 5.
Collegio capitulo, vel vniuersitati competit criminalis actio siue in eius contumelia fiat iniuria siue non. n. 6. & 12.
Iniuria facta socio itineris censetur consocio facta. n. 7.
Iniuria facta curiali Regis ad Regem spectat. n. 8.
Iniuria facta vni fratri alteri fratri fit, & toti familiae. n. 9. & 10.
Quilibet de familia an admittatur ad accusandum iniuriam vni de familia factam. n. 11.

1 PRO cuius Capituli introductione sciendum est, quòd concilium, collegium, capitulũ, seu vniuersitas potest † accusare delinquentes contra eam, vel bona sua surripientes, nã accusandi edictum prohibitoriũ est, & ideò omnis ille accusare potest, qui in iure nõ reperitur prohibitus, ex text. in. l. qui accusare. ff. de edendo. ex. l. 2. titul. 1. part. 7. & ideò cum iniuria ciui, aut
2 cuidam de collegio facta, ipsi collegio † aut vniuersitati facta censeatur, ex text. in. l. Decuriones. C. de quaestionibus. not. Iacob. de Bellouiso, in sua practic. iudic. 3. charta. columna prima. & Hippolyt. consil. 115. numero. 14. & Suarez, allegat. 26. versic. tertio. & Cassan. in consuetu. Burgund. Rubrica prima. §.
3 septimo. *La mende*. num. 42. fol. 78. vniuersitas enim Domino † com-

comparatur, secundum Oldrad. consilio. 66. an ex delicto, Guido Papæ, decisio. 464. per textum in. l. de iure. ff. ad municipal. & . l. generaliter. C. de decurionib. libr. 10. Imo & patri comparatur, si Baldo credimus, consilio. 283. visa inquisitione cõtra commune, lib. 1. colum. 3. vbi sicut parti bannitum filium receptanti parcitur, ità & ciuitati ciuem † bannitum receptanti, argument. l. vltimæ. ff. de receptat. & facit tex. in capit. grandi. de suppl. negli. prælat. in sexto. vbi idem honor debetur Viceregi, sicut Regi, & inde sumptum est Prouerbium, honoratur canis respectu Domini, & 4
sic Decurio † propter vniuersitatem & cõcilium, cui præest, honorandus est, & eum contemnens contemnit Conciliũ Patrem, & Dominum, nam & vt habetur Lucę capit. 10. Qui vos recipit, me recipit, & qui vos contemnit, me cõtemnit. 21. distinct. cap. in nouo. fit & sequitur ex supradictis, vt ipsi vniuersitati collegio, vel capitulo competat criminalis actio †, siuè in eius contumeliam & contentũ facta fuerit particulari vniuersitatis, & Decurioni, siuè non fuerit, iniuria, ex Bartol. doctrina in. l. 1. in fine. ff. de iniurijs. ciuilis etiam ad æstimationẽ contumeliæ, si in ciuitatis, aut collegij contumeliam factam esse, probetur, non vero aliàs, secundum Bartolum ibidem, & Oldrad. & Guidonem vbi supra. & Aymon. Crauet. consilio. 45. num. 1. lib. 1. idque fundatur ex doctrina gloss. in. l. item apud Labeonem. ff. de iniurijs. §. si quis. dicentis, quòd iniuria facta vni ex socijs itineris, censetur † alteri consocio facta, quam sequitur Thom. Grammaticus decisione. 25. num. 2. & facta vni consorti dicitur facta omnibus consortibus, tex. & ibi Doctores in. l. lex Cornelia. in princ. ff. de iniurijs. Bart in. l. cum scimus. C. de agricol. & censit. lib. 11. & Hippolyt. alios allegans consil. 31. n. 16. & . 68. n. 2. 3. & . 4. & sic iniuria facta curiali Dñi Regis spectat ad Dñm Regem †, & facta legatis ad eum pertinet, cuius legatione funguntur, secundum gloss. in cap. cum olim. Magister. de offic. delegat. not. Afflict. in constitu. Sicil. Rubr. 32. §. 1. nu. 3. lib. 3. fol. 129. nisi talis Regis officialis sit iniuriatus à suis inimicis particulari odio, siuè ipsi erant inimici antè administrationem officij, siue durante officio fiant inimici culpa ipsius officialis, quia eis iniuriam fecit, nam tũc offensores eius non punientur tanquam offendentes officialem Regis, sed tanquam de iniuria facta priuatæ personæ secundum Afflictum, vbi suprà. §. 2. nu. 3. fol. 129. sic & iniuria vni fratri facta, censetur & alteri † fratri facta, secundum Octauianum. deci 9

sione Pedamon.15.num.6.& generaliter iniuria facta vni de cog
10 natione, cassata,& familia censetur † facta omnibus illis de cassa ta familia,& cognatione, secundum glossam Bartol.& omnes, in dict.l.lex Cornelia.ff.de iniurijs. Fab in.§.sed si. Inst.de actionib. Alberic.in.l.prima.num.7. C. vnde vi. & in Rubrica num.1.C. de Senatus conf.Claudi.& in.§.sancimus. in authenti. de incæstis nupt.ibi, nocuerit autem,& generi.l.non tãtum.ff.de appellationib. Bartol.in dict.l.cum scimus.num.4. Alexand.consil.24. num.19.lib.2.& consil.2.num.8.lib.7. Hippolyt. dict.consil.68. num.4. Decius consil.686.num.17. Ias.l.de pupillo.§. si quis ipsi. col.nona.ff.de noui oper.nuntia. Crauet. consilio. 119.nume.1. volumi.primo.l.secunda.titul.1.parti.7.ad finem.l.6.titu.secundo.lib.4.fori, ibi, *por cosa que a el biziesse, o a otro de su parte,* & Tiraquel.de minor.pœnis, causa.51.num. 68. cum tribus sequẽtibus. vbi allegat hos & alios,& Sanctum Thomam, ita tenentes, & neminem vsque adhuc vidi in hoc contradicentem, & tradit Octauia.in decisione Pedamont.104.num.3. & Menochius, de arbitrar.iudic.lib.3.casu.262. vbi tractat vsque ad quotum gradũ consanguinitatis censeatur iniuriatus consanguineus. Ex quo inquiunt ipsi, quòd consanguineus in tali causa non potest esse testis, vt & inquit Clarus, in practi.crimi. lib.5.§.fin. quæst.24.nu. 12. Sed an admittetur ad accusadũ in tali casu quilibet ex cõsan-
11 guineis & de cassata, & familia †, dubij iuris est, nam additio Bartol.in.l.transigere.nume.18. C. de transactionibus. inquit, quòd non admittetur, eò quòd non habemus legem, quòd si fiat ibi iniuria, alijs etiam agnatis detur actio iniuriarum,& quòd speciale est in patre, ex.l.sed si vnius.§.filio.ff.de iniurijs. & quòd dicta.l. Cornelia. loquitur quoad potestatem iudicãdi & cognoscendi, Bartol.tamen in eadem.l.transigere.num.18. contrarium videtur decidere, imò quòd actio detur iniuriarum,& idem Bartolus in.l.lex Cornelia.in princip. prope finem. ff. de iniurijs. censuit ciuilem non competere, vt quæ non alij, quàm ei, cuius potestati iniuriam passus subijcitur, competat, vt.l.1.in fine.eiusdem titul. criminalem verò ei competere, quãuis priuatum sit crimen, quæ Bartoli sententia probari videtur iure nostro Regio, in.l. 2.ad finem.titu.1. parti.7. iuncta.l.nona.titu.nono. eiusdem parti.7. nam prædicta.l.2.accusationem permittit criminalem, ob iniuriam consanguineo existenti in quarto gradu illatam, lex autem nona, ciuilem ei tantum competere statuit, cuius in potestate

est is,

est is, cui iniuria facta est, & sic sunt istæ leges expressæ pro ista Bartoli opinione. Inter has tamen opiniones desumi potest cõcordia iuridica meo videri, & secũdum quam in practica posset ista secunda Bart. opinio practicari, scilicet, ꝙ procedat quoties iniuria, quæ infertur, in sugillationem generis redundaret, veluti si me ex infamato genere, quis dixerit esse, qua in specie nimirum si singulis de genere iniuria facta esse videatur, & quòd cuilibet actio competat, vt adnotauit Faber, in. §. sed si. in fine. Inst. de iniurijs. Secus verò si iniuria facta esset specialis illius, qui eam passus est, putà si vocatur latro, illegitimus, vel proditor, aut simile quid, tũc enim quia illi specialissimè iniuria facta est, nimirũ si alius de cognatione nõ admittatur ad accusandũ, nisi solum pater iniuriati, habens illum sub potestate sua, & ità procedit prima opinio Additionatoris Bartoli, & sic & eodem modo tunc vniuersitas, concilium, collegium vel capitulum † admitteretur ad accusandum, quoties iniuria vni de collegio, aut capitulo facta redundaret in opprobrium totius collegij, secus verò si tantum in opprobrium collegæ, aut Decurionis, de quo latius in casus cõtingentia examen facies, quoniam vsque nunc nondum vidi casum in terminis, neque iudicialem determinationem, licet supradicta vera mihi videantur, de quibus latè tractauit, licet non resolutiuè, Matienço, in dialogo relatoris, tertia parte, cap. 55. nume. 11. cum sequentibus, quæ omnia hic inserui, vt omnia iunctim & præ manibus habeantur.

CAPVT QVINTVM,

An concilium vniuersitas, vel capitulum posʃint votum aliquod facere.

SVMMARIVM.

Concilium potest votum facere & adstringere ad illud successores. numer. 1. & 5.

Concilium & Respub. perpetuò præsumuntur durare. num. 2.

Hæres iurantis an adstringatur periurio. nu. 3. & 4.

Et in hac

CAPVT SEXTVM,

De authoritate Concilij & eius potestate.

SVMMARIVM.

Concilium Decurionum habet iurisdictionem quoties quis spoliatur per iudicem.n.1.
Socius par in iurisdictione ea vtetur ad reuocandum malè & violenter factum à socio.n.2.
Concilium in criminalibus recusato iudice ordinario cognoscit.n.3.
Concilium cognoscit in gradu appellationis in causis certè summæ. n.4.
Auditores Regij ne super minimis se inuoluant super eis cognoscit concilium.n.5.
Papa cognoscere non vult super causa parua,n. 6.
Tutor aut curator non exigens rem pupilli, in qua multum expenderetur & plus quam valor rei excusatur.nu.7.
Quantitas pro specie reddi non debet.n.8.9. 10.&.11.practica liquidandi valorem speciei.
Pars potest petere minorem summam ad fundandam Decurionum iurisdictionem remmittendo residuum.n.12.
Concilium Decurionum an cognoscat in causis decem mille morapetinorũ fisco applicatorum.n.13.
Concilium non cognoscit per appellationem à sententia exilij.n.14.
Condemnatione quantitatis facta pro specie perdita an si appareat species reddenda sit.num.15.
Appellatio in rebus minimis admittitur.num.16.
Sententia lata in maiori summa an valeat in minori.n.17.20. &. 21.
Actus iudicandi est indiuiduus,num.18.
Datio in solutum vitiatur si res pro maiori summa quàm debeatur, detur. num.19.
Decretum iudicis est indiuiduum. num.20.
Sententia lata vltra summam iudicantis neque in vim pacti valet. n. 22.
Summa nummorum debita an possit diuidi, vt appellationi ad consistoriũ locus detur, num.23.
Separatio debiti inuito reo fieri non potest.num.24. &. 25.quòd iudex ex officio id potest impedire.

Practica

Appellans

Decu-

Decurionum quilibet an incurreret pœnam ob negligentiam determinatæ causæ an pro aliquibus partibus.n.123.&.124.cum sequente an vno soluente totam pœnam repetet ab alio dimidiam.
Pœna eatenus debetur quatenus cum interesse concurrit.n.126.&.127.
Dictio vltra inclusiua est.n.128.
Partes an possint ex decem diebus ad sententiandum assignatis aliquem diem capere pro probationibus suis.n.129
Consultor non est in culpa si sibi non detur processus in termino.n.130.
Libellus grauaminum an sit parti appellatæ notificandus sub desertionis pœna.n.132.&.133.
Intimatio si fiat iudicis authoritate venditori pro euictione,an requiratur notificatio libelli.n.134.
Dies dati à lege si sint elapsi absque eo quòd actor probet,an sit reus absoluendus diffinitiuè,an verò ab obseruatione iudicij.n.135.
Sententia lata per Decuriones lapso termino decem dierum eis ad sententiandum assignatorum nulla est.n.136.
Rescriptum impetratum,vt post desertionem appellationis quis audiatur nihil valet & illud impetrans infamis indicatur,in numero.137.

ET licet in lib.2.cap.48.supra plura circa hęc dixerit Author, & nos ibidem remisimus ad dicta in lib.4.Recopilationis, in locis ordinarijs ibidem per nos relatis,tamen quia lectura nostra super dicto libro.4.nondum typis excusa est,quamuis ex Regij Senatus Decreto licentia nobis concessa sit imprimendi eam,& adhuc facultas impressorum Regni non suppetit adhæc, ita quòd fortasis impresio dicta dilatabitur,parum tamen,& vt perfectè in hac Curia Pisana omnia scitu digna habeãtur præ ma nibus:ideò decreui hic supra dicta mea scripta inserere, & in publicum proferre breuitate qua potero circa id quòd per leges nõ stras Regias Decurionibus ijs est attributa potestas iudicãdi,circa quòd reperio tres causas iurisdictionis descriptas & ipsis attributas concilijs Decurionum.

¶ PRIMA causa est ex textu. in.l.2.tit.13.*de la restitucion de los despojados* lib.4.Recopilationis. qua quidẽ lege disponitur, quòd si iudex aliquis ordinarius loci de facto & absque citatione aliquem spoliauerit re sua etiã virtute alicuius Regij mandati † restituendus est in possesione illius rei, à qua spoliatus fuit per alios iudices illiusmet loci intra triduum, qui si negligentes fuerint,concilium ciuitatis lapsis illis tribus diebus restituet spolia- 1

N tum,

tum, & est notabilis & singularis dispositio, qua quidē malè vtūtur Decuriones, & negligentes sunt in eius executione; cum deberent eam ad vnguē seruare, & processit eius dispositio in odiū
2 violentiæ, propter quod odium, socius, par † in iurisdictione, poterit reuocare malefactum & violenter à socio, vt in cap. graue. de offic. ordin. & in hoc casu non habet locum dispositio tex. in l. vna. de offi. consul. vt in proposito inquit Auenda. cap. primo Prætorum, num. 30. versic. nona causa. lib. 1. vbi & alios casus describit, in quibus concilium habet iurisdictionem in. n. 31. versi. quod facit, intelligit hoc & benè quoties iudex spoliat, secus si pars aliqua spoliaret, nam tunc concilium ciuitatis adiri nō posset, sed ad iudicem recurrendum est, & ab eo ad Regem & eius cancellarias, alia in materia istius legis secundæ, ibidē super ea latissimè examinauimus, quæ quidem quia extra propositum nostrum sunt missa facimus, ibidem aliquando videbuntur. ¶ Secūda verò causa iurisdictionis cōcilij ciuitatis, est in casu. l. 1. tit. 16. *de las recusaciones de los juezes ordinarios y delegados.* lib. 4. Recopil. videlicet quoties iudex ordinarius loci in causis criminalibus
3 per aliquam ex partibus recusatur † & itidem alij officiales eius & ministri iustitiæ recusantur, tunc enim aditur Concilium ciuitatis, quod secundum tenorem dictæ legis Regiæ nominat duos Decuriones ipsius Concilij in iudices associatos ipsius iudicis recusati, & ij cum ipso iudice recusato iurant iustitiam ministrare in causa illa, & insimul in ea procedunt. Qui quidem Decuriones consultorem literatum & aduocatum aliquē assumunt, cum quo & eius cōsilio formant responsiones & acta causæ & sententiam, & pronuntiant insimul cum ipso iudice recusato, qui quidem iudex recusatus si in sententia discordat à sententia Decurionum, sententia ipsorum de Regimiento de iure exequēda est tanquam à maiori parte prolata, cum duo sint iudices, & quilibet eorum insolidum iurisdictionem habeat, nam ordinarij sunt, vt infra dicetur, & in alio loco huius libri diximus, maximè si benigniorem sententiā, quàm iudex recusatus, proferant, prout à cōmuniter accidētibus proferre solēt, neq; tūc esset necesse occurrere ad superiorem pro declarando, quæ nam harum sententiarum exequenda foret, imò iudices ipsi de Regimiento, si auderēt, possent exequi sententiam suam, si pars, contra quam profertur, ab ea non appellaret, prout audiui in hac Placētina ciuitate temporibus antiquis fuisse factum, sed quia iam hæc non audent face-

re, &

re, & fortasis sapiẽter causa vitandi scandali, seruatur, id quòd in quit Didac. Perez, hic colum. 965. & Auenda. capit. 23. Prætorũ, numer. 14. lib. 2. præto. scilicet, quòd vnaquæque pars, quæ aggra uatur aliqua dictarum sentẽtiarũ appellat ab ea, & superiores de clarant, quæ nam sit illarum seruanda, qui quidem superiores be nigniorem solent amplecti sententiam, dum tamen alia non sit iuri conformior, nam tunc superiores, id quòd iustius est & iuri conformius exequi iubent, & sic vidi iam non semel fieri, & hoc quoad secundam causam sufficit, vt ad tertiam, quæ largiorem tractatũ requirit deueniamus, & quæ quotidie in iudicijs & Palacijs versatur.

¶ Quæ quidem tertia causa est per modũ appellationis, † ex. l. 7. titu. 18. de las appellationes. lib. 4. Recopil. scilicet in causis ciui libus valoris & æstimationis decem mille morapetinorũ, & minoris summæ, in ijs enim ad Consistorium ciuitatis appellatur & non ad Regias cancellarias in locis, vbi ita cõsuetum est fieri, ex dict. l. 7. cuius legis dispositio processit, nè partes pro minimis re bus, vel paruis quantitatibus expensas magnas faciant, ita quòd plus in expensis consumeretur si ad cancellariam appellaretur, quàm esset valor & æstimatio causæ principalis, itidemq; ne Regij auditores super minimis † se se inuoluant, & impediant, vt probat tex. in cap. anteriorũ. §. illud. 2. quæst. 6. & text. in authen. de appellationib. & intra quæ tempora. §. illud. quam ratior ẽ ad dictam. l. Regiam assignat Auẽnd. capi. 5. prætorum. num. 2. versic. & ex eadem radice, libro. 11 & his de causis statuitur in. l. cum post sententiã. C. de appellationib. Iudicem appellationis debere causam delegare præsidi prouinciæ, si causa talis mediocris sit, & magna distantia Regionis, de qua lege agit Felin. in capit. nõnulli. colum. 1. &. 2. ad rescript. & Sapia, in. l. Imperium. nu. 59. ff. de iurisdi. omn. iudic. & ex hoc inquit Anchar. relatus & secu tus per Rebuf. in concord. Regni Fraciæ, titul. de friuol. appella. §. si quis vero. gloss. 1. pag. 224. in mediocri impressione, quòd si causa † est parua, non debet Papa de illa ad eum deuolutã per ap pellationẽ cognoscere in Curia propter difficultatẽ itineris, & magnitudinem expensarum, imò si appelletur ad Curiam in tali casu nõ potest pars inuita cogi causam prosequi in Curia, sed debet impetrari delegatus in partibus, prout communem testatur Præpositus in cap. qua fronte. n. 8. de appellat. & ideo cum nuntium & Papæ legatum in Hispania habeamus ad eum appellan-

dum est,& causa per eum cōmittenda in partibus,aliàs ad Senatum appellatur in Francia tanquam ab abusu, secundum Rebuf. vbi supra,& glos.in pragm.Sanctione,tomo.2.titul. de causis.§. si verò.glo.cōmittatur, & in Hispania nostra per viam *de fuerça* poterit adiri Regium cōsilium. Ex quibus inoleuit mos in terris Dominorum, ꝙ si appellatur à sentẽtia ordinarij ad dominum, petitur à Domino vt causam cōmittat alicui bono viro in loco partium peragendam vsq; ad conclusionem in causa, & ea conclusa remittatur ipsi Domino in camera sua determināda, idque ex decisiōe text.in.l.mediterraneæ. C.de anno.& tribut.lib.10. comprobatur,& ex traditis per Docto.in.c.de appellationibus. extra de appellat.& sic inquit Bart.in.d.l.mediterraneæ.ꝙ tutor aut curator non exigens debitū pupilli,cuius debiti exactio esset
7 carior ipsa sorte principali,non tenetur illud soluere pupillo †, prout & tenet Baeça,de decima tut.cap.2.nu.111.& Ias.in.l.curatoris.nu.3. C.de pact.quibus dispositio dicta legis Regiæ in ijs Decurionibus præbentis iurisdictionē iustissima redditur. Quæ quidem lex cum in practica quotidie habeatur verba eius commentabimus in præsentiarum,vt omnibus nota sint ea,quæ quotidie in dubium vertuntur in huius legis declarationem.Et tenor dictæ legis talis est.

Ley.vij.Que las appellaciones de diez mil marauedis y dende abaxo, vayan a los Regimientos.

ORdenamos que la sentēcia diffinitiua que fuere dada y pronūciada por los nuestros Alcaldes y juezes de las ciudades villas y
a lugares de nuestros Reynos, que fuere de quātia [a]
b de diez mil marauedis [b],o dende ayuso, la condena
c ciō della [c], sin las costas: que en tal caso no se pue
d interponer appellacion ante nos [d], ni para nuest

Coi

Cõſejo y Oydores, ni otros juezes de la nueſtra cor te y chãcilleria, ni los juezes de quien ſe appellare, ſean tenudos de la otorgar, ni la otorguen [e], ſo pena de las coſtas: pero ſi qualquier de las partes litigantes ſe ſintiere agrauiada [f], de la tal ſentencia, que pueda appellar [g] della, haſta cinco dias [h], del dia que ſe diere la ſentencia, y viniere a ſu noticia [i], para ante el conſejo [k], juſticia y officiales de la ciudad de la juriſdiction donde el juez dio la ſentencia en los lugares y partes do las apellaciones acoſtumbran yr [l] al Regimiento: y mandamos que el proceſſo paſſe ante el eſcriuano ante quien paſſo en la primera inſtancia, el qual lleue luego [m] el proceſſo original a los juezes que fueren nombrados, los quales el dicho concejo elija, nombrando entre ellos dos buenas perſonas [n], los quales en vno con el juez que dio la ſentencia*, hagan juramento * que a todo ſu leal poder y entender, juzgaran aquel pleyto bien y fielmente, y ante ellos [o] el appellante ſea tenudo de cõcluyr el pleyto [p], y ante el miſmo eſcriuano, dentro de treynta dias [q], dende el dia que paſſare el quinto dia [r], en que ſe pudo appellar, y preſentar: y deſpues dentro de otros diez dias [ſ] primeros ſiguientes, los tres dichos Alcaldes diputados, o los dos dellos ſi los tres no ſe conformaren [t], den y pronuncien ſentencia [v] en el dicho pleyto, confirmãdo,

N 3 o reuo-

x o reuocando, añadiendo, o menguando[x] la primera sentencia, como hallaren que se deue de hazer: y lo q̄ estos ansi determinaren sea firme y executado por la justicia ordinaria, y no aya, ni se y reciba appellacion, ni suplicacion[y] para ante nos, ni para nuestra audiencia, ni para ante otro juez z alguno. Y esto se entienda[z] si la ciudad, villa, o lugar donde esto acaesciere, estuuiere mas de ocho leguas lexos de las nuestras chancillerias, pero que si estuuiere ocho leguas, o menos, que vayan a ellas los tales pleytos por appellacion, segun se vso y acostumbro. Y mandamos al concejo do esto acaesciere, que luego que por el appellante fuere requerido dentro de los dichos cin-aa co dias[aa], nombren los dichos dos diputados, so pena de diez mill marauedis a cada vno, y de bb priuacion[bb] de los dichos officios: y mandamos al dicho juez è a los otros dos diputados, que dentro de los dichos diez dias despues de passados cc los treynta determinen la dicha causa[cc], so pena de diez mil marauedis, y las costas para la parte dd [dd] que sobre ello le requiriere[ee], los quales, exe-ee cuten luego el Corregidor, o justicia del pueblo, so pena que no lo haziendo, lo paguen con el qua-ff tro tanto[ff], y se le ponga por capitulo en la residen-gg cia: y que de mas desto paguen[gg] a la dicha parte la cantidad de lo que montare en la causa

principal porque se appella: è si la parte que se sin-
tiere agrauiada no hiziere sus diligencias, por
manera que dentro de los dichos diez dias [hh] se hh
pueda ver y determinar el pleyto: mandamos que
dende en adelante la sentencia quede firme y pas-
sada en cosa juzgada [ii]: y mandamos a los dichos ii
juezes, que despues de dada la dicha sentencia è
pronunciada en Regimiento [kk] la executen lue- kk
go [ll] sin dilacion alguna, so pena que incurran [mm] ll
en pena de veynte mil marauedis, la tercia par- mm
te para nuestra camara, y la otra para el denun-
ciador, y la otra para los pobres de la carcel del
lugar do succediere.

IBI, [*De quantidad.*] Ergo non super specie, nam cum lex hæc a
Regia de quantitate loquatur, speciẽ exclusisse videtur, etiam
si æstimatio speciei non excederet summam & taxam nostri
text. quantitas enim pro specie † reddi non debet neq; potest, se 8
cundũ Bart. in. l. 2. §. mutui. n. 20. & 21. ff. si cert. pet. & de specie
ad quãtitatem & è cõtra non rectè infertur, argu. l. si cõuenerit.
la. 2. & ibi not. Bart. ff. de pign. actio. & hac de causa de specie ad
quantitatem non admittitur cõpensatio partibus inuitis, neq; è
contra, ex d. l. si conuenerit. & text. in. l. 21. tit. 14. part. 5. vbi gl.
fin. limitat, & per consequens videtur dicendum text. nostrum
loquentem de quantitate non locum habere in specie dicti va-
loris decem mille morapetinorum, nihilominus tamen contra-
rium est tenẽdum, imò quòd appellatio à nostra lege cõcessa ha-
beat locum à sentẽtia cõdemnatoria † alicuius speciei non exce-
dentis valorem decem mille morapetinorum, quoniam mili- 9
tat tunc eadem ratio, & sic eadem debet dispositio militare,
lexque nostra tanquam expensarum & litium restrictiua fauo-
rabilis est, & ideò amplianda, non verò coarctanda & quia ap-
pellatione quãtitatis species etiam venit † l. quisquis, delegat. 3. 10

 & ibi

& ibi Barto. & in. l. 1. oppositione, 1. C. de actio. & obliga. & in Specul. titu. de fructi. & interesse. §. 6. versic. hoc autem. nu. 3. & sic text. noster de quantitate loquens & in specie similis valoris & æstimationis locum habere dicendum est, & sic in originali antiquo â quo lex nostra desumpta est teste Auiles, in forma Iudicum syndicatus. cap. 49. verbo, *Condemnar*. num. 3. fol. 289. appositum erat etiam verbum, *Estimacion*. scilicet, *de quantidad, o estimacion*, quod vltimum verbum, cum superfluum fortasis Recopilatori videretur, verbum enim, *Quantidad*, ad æstimationem speciei etiam refertur, omissum est in contextura nostra. Item quia si super specie litigatur, si in effectu species hæc ad quantitatem redacta, non est maioris valoris decem mille morapetinorum, nimirum si idem in tali specie, quod in quantitate dicendum sit, par est enim quid esse de per se, vel per relationem ad aliud, & sic videmus practica communi receptum, vt & in specie sicut in quantitate appelletur ad Consistorium si species nihil vltra æstimari posit quam decem mille morapetinis, & ideò cum à tali sententia super specie lata appellatur ad Consistorium in termino appellanti cōstituto est per eum verificandum, quòd valor illius speciei in sententia contentæ non excedit summā nostri text. aliter enim se non iudices Decuriones pronuntiabūt, & appellātem in expēsis condēnabunt, quoniā cum hæc summa decē mille morapetinorū sit fundamētum iurisdictionis oportet vt de ea cōstet, iuxta tradita per Alexan. in l. ex quacunq;. n. 16. ff. quis in ius vocan. non ier. & consil. 1. n. 8. volum. 5. Curt. Iun. consil. 124. num. 6. & sic liquidabis in secun-
11 da instantia summam & valorem † speciei si forte in prima non est liquidatum, vel pars petens non se contentum fecerit specie petita, vel decem mille morapetinis pro ea, potest enim pars petere minorem inuito contrario summam, remittendo tamen re-
12 siduum non verò suspendendo † petitionem residui, secundum Bartolum in. l. edita. numero. 6. colum. 3. ad finem. de edendo relatum, & secutum per Didacum Perez in. l. 6. titu. 16. glos. fin. in fine. libr. 3. Ordinamen. colum. 1298. in fine. idque ex communi stylo & practica aduocatorum vsque ad sententiam in prima instantia ferendam, fieri potest & protestari: neque huic meæ opinio obstabit doctrina illa Bartoli, in dict. §. mutui. quoniam in mutuo speciale est vt in eadē specie reddatur, & ideò non potest species pro quantitate restitui, sicut & in compensatione

pensatione, est itidem vt de specie ad quantitatem non fiat, & nos in præsente difficultate non tractamus de mutuo, neque de compensatione, sed de considerando valore rei petitæ ad iurisdictionis cognitionem, & ideò nihil obest species an quantitas petatur in propositum nostræ legis Regiæ. Vlterius notandum est, quòd cum text. noster generaliter loquatur, & de sententia super quantitate lata, quòd quanuis quantitas illa fisco sit applicata † per legem aut per sententiam adhuc licet appellare ad Consistorium, si condemnatio non excedit metam, & summam nostri text. quoniam ciuilis causa hæc est, eò quòd pecuniaria tantum pœna est imposita, & ideò iudex de criminalibus causis cognoscens non cognoscet de ea, secundum Rotam antiquiorem. 10. de appellatio. relatam & secutam per Menochium de arbitrar. iudic. libr. 1. quæstione. 82. num. 4. ex l. quod ad statum. ff. de pœnis. probante solam sententiam spectandam esse, non verò criminis genus, quemadmodum & lex nostra solam condemnationem considerandam affirmat, non verò petitionem & formam eius, & hoc si reus ipse, non verò actor appellet, quoniam si actor appellaret, eò quòd in sententia non fuit reo imposita pœna corporalis, non posset reus tunc ad Consistorium appellare, sed si actor consentiat, reus vero appellat à condemnatione contra eum facta, pecuniaria tantum, quantumcunque fisco applicetur ad Consistorium appellare poterit si summam nostri text. non excedat talis condemnatio, ex dictis & ex text. nostro condemnationem tantum modo considerādam iubente, & de quantitate mentionem faciente, & quia iam hodie legibus Partitarum attentis causa illa criminalis iudicatur, in qua pœna corporalis venit imponēda, non verò si pecuniaria etiam fisco applicata, prout in. l. 8. titulo. 18. libr. 4. Recopilationis. latè diximus, & hæc opinio ratione & iure fulcitur, veruntamen quia lex nostra iurisdictionem hanc con cilijs ciuitatum concedit vbi sic consuetum est fieri, in locis vbi consuetum est cognosci in similibus condemnationibus pecuniarijs fisco applicatis decem mille morapetinorum per Decuriones ciuitatum per hanc viam appellationis, prout audiui solitum & consuetum in concilio ciuitatis Salmanticensis, in illis seruabitur talis consuetudo, in alijs vero locis & concilijs vbi dicta non adest consuetudo non cognoscetur in causis decem

13

N 5 mille

mille morapetinorum fisco applicatorum. Item notandum est, quòd cum text. noster de quantitate vel re æstimabili loquatur, non procedet quoties per sententiã condemnatur quis
14 in exilio etiã parui temporis †, quoniam exilium æstimari non potest, & ita vtitur & practicatur quotidie, nam quamuis exilium non reputetur quid corporale, & idéo condemnandus in exilium sub fideiussoribus relaxatur secundum textum in.l.2. titu.19. libr. 8. infra, vbi dicemus alia, quoad terminos támen nostri text. vt appellari posśit á sententia exilij ad Consistorium, est quid inæstimabile, & ideò de tali sententia exilij non appellatur ad consistorium. Quid tamen si pro specie debitá eò quòd perdita est, fiat condemnatio in quantitate &
15 post appareat species, † an sufficiet speciem reddere, vide decisionem Tolusanam. 206. & ibi additio.

b Ibi [*Diez mil marauedis.*] Iure antiquo Authenticorum vsque ad decem libras erat quantitas hæc, vt in Authentic. de appellationibus. & intra quæ tempora. §. illud. & capit. anteriorum. secunda quæstione. 6. & iure nostro Regio anteà erat summa trium mille morapetinorum, & post aucta fuit ad sex mille, vt patet ex glossatore Salmantino in præsenti, & post superuenit lex nostra ad decem vsque mille summam hanc augẽs, ex quibus & præmaximè ex text. nostro probari videtur appellatio-
16 nem in rebus minimis esse admittendam †, idque ex text. in. l. 9. titul. 19. libr. 3. Recopilationis. clarius statutum reperimus, dũ ibidem à quatuorcentum morapetinorum condemnatione appellatio denegatur, quasi abinde supra permittatur, per textum illum & .l.9. titul. 18. libro. 4. Recopilationis. & iure ciuili & canonico idem statutum asserebat Decius in capi. de appellationibus. extra de appellatio. contra communem ibi per eum assertam, de iure ciuili in minimis non appellari, & nisi minima hæc dixeris esse verificanda iuxta dict. l. nonam. titul. 19. lib. 3. Recopilationis. ad quatuor cẽtum morapetinos, ius hoc ciuile correctũ remanebit, prout post hæc nouissmè vidi assertum per Olanum. in cócordia Antinomiarum Iuris ciuilis & Regij litera. A. num. 132. Quæstio tamen est in propositum horum verborum quid si iudices ij iudicauerint super quindecim mille morapeti-
17 nis, an valebit eorum sententia in decem mille, & in hoc † Bald. in.l. 1. C. si aduersus rem iudic. relatus & secutus per Lanfranc. in

in capit. quoniam contra: titul. de interlocutio. & appella. numero.35.ad finem.tenet in nullo valere talem sententiam; quia actus iudicandi † est indiuiduus.l. in hoc iudicio. ff. famil. herciscu.&.l.quædam mulier.cod.titul. Aufredi. quæst. 215. in decisio.suis,& sic res data insolutum pro maiori quātitate quam esset debita,in totum vitiatur talis datio † in solutum, ex text. ibi notante Decio,in.l.cum amplius.in princi.ff.de regul.iur. &.l. si nō fore.§.si centū.ff.de condi.indebi.& sequitur Bart.& Bald. relati per Deci.in.d.l.cum amplius.num. . vbi inquit hanc conclusionem bene procedere in Decreto iudicis,quia indiuiduum † est, prout notat Bald.in.l.certi condictio. §. quoniā. ff.si cert. pet.ex quibus inquit Didac. Perez in præsenti, sub.l. 6.titul.16. libr.3.Ordi.colum.1297. versic. dubitari præterea vidi, quòd si plures litigauerunt coram iudice Salmantino in causa valoris quatuor decim mille morapetinorum, quòd si ab hac causa ad Consistorium appellatur considerando eam respectu plurium sociorum, non verò in concreto, non valebit sententia lata per iudices consistorij super tali summa, eò quòd talis sententia fuit lata sub vno constructu verborum & in concreto, & sic separationem per appellationem à socijs interpositam non recipit, & sic in simili in nostra quæstione dicendum videtur cum Bald.in.dict.l.1.contrariam tamen sententiam imò quòd sententia lata super quindecim mille valeat in decem mille, tenet Specul.in tit.de sentētia.§.iusta.n.8.& ibi Ioan.Andr. dicens sic determinatū in condemnatione quantitatis, quia diuidua est, & idē Ioan.Andr.in regu.ea quæ fiunt.de regu.iur.in.6. refert Roman.cōsi.66.viso.& Purpura.in.l.si idem.§ fin.ff.de iurisd.omn. iudic.relati per Rebuff.in.1.tom.consti.Franciæ.tit. de senten. prouis.art.2.glo.4.n.fi. inquiunt enim ꝙ si iudex condemnat ad maiorem summam,quàm se extendat iurisdictio sua,valebit sententia vsq; ad illam summam, vsque ad quam cognoscere † poterat,quia vtile per inutile vitiari nō debet.c. vtile.de regul.iur.in 6.pro quo inquit Rebuff.vbi supra,facere gl.in.c. fi. de pœnit.& remiss.in.6.vbi valent illæ Indulgētiæ,quas Episcopus dare poterat,si maiores concesserit.Et emphiteusis cōcessa vsque ad quartam generationem valet vsque ad tertiam. Bald. in Authentic.si quis. C. de sacrosanct. Eccles.quòd in tantum verum videtur, quòd etiam si iudex in sentētia dicat, expressis de per se summis in condemnatione contentis, quæ omnes dictæ summæ simul

iunctæ

iunctæ faciunt summam centum aureorum, in qua reum condemnant, non dicitur reus condemnatus in centum, sed in quantitatibus specialiter & diuisim expensis secũdum Tiraque. de retract. linagiel. §. 23. glos. 1. n. 22. & sic in tali casu ad Consistorium appellari poterit, & iudices *de Regimiento* super eis cognoscere, & censentur iudicare super summa suæ iurisdictioni designata, vides igitur quanta sit in hac quæstione dissensio, & secundum primam Baldi opinionem (quam & tenuerunt Paul. Ias. & Abb. relati per Mexiam in decimo fundamen. 1. partis, ad legem *de Toledo*, nu. 43.) iudicauit Senatus, secundũ Rebuff. vbi supra. & Baldi sententia communis erat, secũdum glos. *de mas.* in. l. 4. tit. 26. part. 3. sed vt ibi aduertit ipse glossator, secũda opinio Specular. & Ioan. And. videtur approbata per ipsamet. l. 4. Ego tamen vtramque opinionem vnamquamque in suo casu, veram iudico, neque contrariari dictos Doctores credo, sed omnes in idem recidere, Bald. enim & primam tenentes opinionem loquuntur, quoties sententia condemnatoria non continet nisi vnum tantum capitulum metam iurisdictionis excedens, tunc enim si ad Consistorium appellatur, & iudices cõdemnant in decem mille & sic in summa suæ iurisdictionis, cum cõdemnatio prima esset in maiori summa facta, in totũ erit sententia nulla, & sic neq; in decem mille valebit, qua indiuiduus est actus illius sententiæ, & in indiuiduis vtile per inutile vitiatur, & in hoc casu procedit quæstio proposita per nos in prima opinione de pluribus socijs eandem summam petentibus, idque verum est, quòd etiam partibus volentibus, talis sententia non erit valida, eò quòd prorogatio iurisdictionis in causa appellationis locum non habet, consensus enim partium iurisdictionem conferre non potest. l. 3. C. de iur. omnium iudic. & in hac lege contra Auiles latius dicemus, & sic in vim sententiæ nihil valeret, neque partiũ consensus sufficeret, vt tanquam sententia valeret, ex. l. si expressim in princip. iuncta gl. ff. de appellatio. not. Barto. in. l. 1. C. qui pro sua iur. & Abb. per illum tex. in. c. examinata. de confirm. vti. vel inuti. & alij relati per Mexiam vbi supra, in responsione ad. 7. fundam. 1. par. nu. 1. & 2. & optimè per Anto. Gabriel. in cõmu. opin. tit. de sententijs. conclus. 2. per totam adeò vt neq; tunc in
22 vim pacti valeret sententia illa †, secũdum Aret. in. c. atsi clerici. in prin. col. 5. versi. & per hãc rationẽ. extra de iud. Ioã. vero Andreas & sequaces tenẽtes secundã opinionẽ loquuntur & procedunt

dũt quoties sẽtẽtia illa continebat diuersa capitula, & nullum capitulum eorũ excedebat summã iurisdictioni præfinitã, putà quia decẽ erant petita ex vini venditione, & ex frumenti venditione totidẽ, & ex domus locatione alia decẽ mille tũc enim, si iudex condemnaret in ijs omnibus secundũ quod petitum fuit, quantumuis illæ summæ simul iunctæ excedant metã iurisdictionis nõ erit nulla, sed valida sententia super illis summis in Consistorio lata, quoniam tunc non datur actus indiuiduus, sed diuiduus potius, & in actibus diuiduis vtile per inutile nõ vitiatur, & ita procedit etiam doctrina illa Tiraquelli, relata in secunda opinione, & quia tũc tot sunt cõdemnationes, quot summæ & capitula, secundum Batol. l.2. C. de re iudi. ita distinguentem, & Rebuff. vbi supra. & Petrum Pekium, in dict. cap. vtile, num. 12. de regul. iur. in sexto. & Fulgosium optimè in cõsilio. 109. & ita frequentiores tenere asserit Oroscius in. l. fin. numer. fin. ff. de iurisdict. omn. iudic. colum. 598. in fine. cum primo sequent. vbi & inquit optimè valere sententiam si dubium sit an quantitas intra cognitionem sit iudicantis, similiterq; si inter litigatiores cõuentum sit expressè, per viam pacti, dico, vt iudicet, quin etiã si se iudicem competentem pronuntiauerit (in prima instancia intellige, nam in secunda, vt diximus prorogationi non est locus) & pars aliqua à pronuntiatione illa non appellauerit, tunc valebit equidem sententia illa in maiori summa lata, quę singulares limitationes sunt ab Oroscio, vbi supra propositæ, & veræ, si secundum quòd diximus eas intellexeris. Et licet ex dicta. l. quarta. tit. 26. parti. 3. prima Baldi opinio videatur reprobata, & secunda Ioannis Andrææ approbata. Adhuc tamen secundum meam distinctionem declarãda sunt. Sed an possit creditor, si viginti mille ex vna obligatione sibi debeantur, hodie petere decẽ mille ex eis, & cras alia decem mille, nę possit appellari ad Regiam † curiam, sed ad Consistorium secundum nostrę legis formã, & breuiter dicendum est cum Anto. Gomez, tomo. 2. Varia. c. 10. n. 6. in prin. ꝙ non, si à debitore opponatur exceptio diuisionis, sed si nõ opponeretur posset vtiq;, inuito enim reo † separatio debiti fieri non potest, secundũ Bal. in. l. si mihi & titio. col. 2. de lega. 2. relatum & secutũ per Didac. Perez, in pręsenti, sub. l. 4. col. fi. in fin. titul. 16. libr. tertio ordinam. colum. 1298. in medio. imò & iudex posset hæc impedire, & iubere, ꝙ omnia simul peterẽtur, & nõ diuisim, † vt lites euitentur, prout per Senatum iussum fuisse breui- 23 24 25

breuibus verbis testatur Rebuff. in dict. artic. 2. gloss. 4. num. fin. in fin. & qualiter tunc per partem opponendum sit, nè videatur fateri debitum, declarat Anto. Gomez, vbi supra, hæc tamen quoad nostram appellationis instantiam verificari possent, si sen tentia lata super decem petitis, tacuit reus in prima instantia, & dum fuisset absolutus, actor ab illa se ntentia absolutoria ad Con. sistorium appellauit, tunc enim reus ipse poterit declinare iudicum de consistorio iurisdictionem, & sententia prima transibit in rem iudicatam, & erit pro reo optima cautela. Notãdum etiã est & singulariter, quòd si tempore, quò prima lata est sẽtẽtia, res super quã lis tractatur non ascendit valorem decem mille morapetinorum, pendente tamen iudicio in causa appellationis coram iudicibus de Cõsistorio excedit, quoniam creuit eius
26 valor †, adhuc tunc iudices ij poterunt super causa tali cognoscere, eò quòd tempus primæ sententiæ attendendum est ad valorem hunc considerandum. hæc est doctrina aurea & singularis, quam ex text. in l. fi. §. fin. C. de appellationib. desumsit Bart. ibi. & in. l. si idem, cum eodem in princ. ff. de iurisd. omn. iudi. & Felin. in. c. significauerunt. nũ. 5. de exceptio. vbi intelligit verũ, quoties ex vna, non verò ex diuersis separatis causis quantitas illa debetur, & cum Bart. testatur communem Ias. in eadem. l. si idem cum eodem. n. 6. & nouissimè Doctor Gutierrez, in tract. de Iuram. Confir. 3. p. cap. 5. nu. 28. Ex quo vidi & audiui aliquando posse dari optimam cautelam in propositum nostræ legis, vt eius dispositio locum habeat etiam super maiori summa decem mille morapetinorum, scilicet, ꝙ si quis debet tibi centum mille morapetinos ex vna causa, non verò ex separatis, & times ꝙ debitor tuus si condẽnatur, appellabit ad concellariam, pete omnia cẽtum in libello, & in probatione in prima instantia faciẽda tantum probabis decem mille tibi deberi, & si in ijs decem mille tantum fuerit debitor tuus condẽnatus, appellare poteris ad cõsistorium ciuitatis eò quòd in alijs etiam petitis nõ fuit reus condemnatus, vel si pars condemnata ab illa condẽnatione appellauerit, & appellatio eius simpliciter & non cũ cautela proposita fuerit, putà quia non consensit sententiam in eo ꝙ in sui faciebat fauorem, & à contrario appellabat, tunc enim quoniã potest appellatus etiã si non appellet, sese appellatione aduersarij iuuare
27 re de iure, ex tex. in. d. l. fi. In secũda instãtia probando † tota centum mille deberi tibi, poterunt Decuriones ij super illis etiam omissis

omissis condēnare & pronuntiare, nam crescente lite crescit iurisdictio, ex sententia illa Bart. & quia cum ex text. nostro condēnationis quātitas in sententia declarata inspicienda sit, sententiaq; illa sit tantum condēmnatoria in decem mille morapetinis quantumuis post in secūda instantia appareat tota centum mille deberi., super omnibus illis poterit pronuntiari per iudices hos cum habeant causam de præterito, & est optima cautela, quā & post hæc scripta, vidi Doctorē nostrum Gutierrez vbi supra, nu. fin. notasse, quam tamen cautelam ego intelligerem veram esse, & procedere, quoties in sententia tantum mentio fuit facta, decem mille morapetinorum nulla absolutione facta aliorū nonaginta mille, secus vero si absolutio hæc etiam fuerit facta & expressa in sententia illa, vel condēnatus appellauerit cum cautela dicta: tunc enim omnino teneris appellare ad cancellariam Regiam, vel ad alium superiorem quàm ad Consistorium ab omissione condemnationis illorum nonaginta mille dipōdiorum & ab eorum absolutione, eo quod tunc cēseris comdenatur in illis nonaginta mille absoluēdo debitorem ab eis, & sic ad Consistorium appellari non poterit, & ideò cautè circa hæc agendum puto; & in casu in quo dicta cautela vtendū sit absque malitia & testium periurio vtendum consulo, & hanc Bartoli cautelam omnes secutos fuisse testatur Beroius, in quæstione familiari. 99. & non obstant ibidem dicta per eum, quoniam ipse loquitur, quoties nō sentētiæ, sed libelli tenor inspiciēdus erat. Sed an si quis quia positionibus non respondit, vel nō clarè & sine plica declarauit, habitus est pro cōfesso† in petitis, & post sentētia diffinitiua virtute illius confessionis fictæ condemnatus est, condēnatio 28
tamen non excedebat metam nostri text. à qua quidem pars condemnata appellauit ad Consistorium, poterunt nè iudices ij de Consistorio cognoscere super declaratione cōfessi, quemadmodum & super sententia diffinitiua, an verò tantum super diffinitiua, & in hoc dicendum est, ꝙ si pars habita pro confessa non appellauit à declaratione illa non poterunt† iudices ij de ea cognoscere, ex dictis per Cœpolam, cautela. 189. & prius cautela. 50. ille qui non respondet, sed tantum cognoscent super diffinitiua à qua appellatum est ad eos, & tunc si reus contrarium & sic intentionem suam non probauerit, confirmabitur sententia diffinitiua quantumuis actor nihil probet, quoniam intentionem suam fundat declaratio illa confessi in rem iudicatam lapsa, idque 29
verum

verum credo & sine dubio retenta opinione, ꝙ declaratio confessi transit in secundam instantiam, secus verò si contra iam teneas, de quo diximus latè in lib. 4. Recop. Quid tamē erit si dum condemnatio facta est maioris summæ decem mille morapetinorum, & nihilominus pars condemnata appellat ad Consistorium parte contraria non contradicente, sed tacente potius, po-
30 terunt ne † iudices de Consistorio de causa illa cognoscere, & videtur dicendum ꝙ sic, quoniam tacitè pars appellata videtur in iudices hos consentire, & iurisdictionem eorum confiteri, taciturnitas enim in iure multa operatur, & in multis pro consen-
31 su † habetur, quæ refert Iaso. in. l. patre furioso. ff. de ijs qui sunt sui. & in. l. admonendi. ff. de iure iurand. & melius per Guidonē Papæ, decisione. 221. quem refert Boeri. decisione. 341. nu. 1. & per alios relatos per Additiorī. Barto. in. l. si duo patroni. §. idem. Iulianus. num. 10. litera. A. ff. de iure iurand. & per Ripam in. l. naturaliter. §. nihil cōmune. nu. 72. ff. de acquirend. posses. & Decius in. l. in ambiguis. §. non est nouum. num. 4. cum sequentib. fol. 121. in paruis. ff. de regul. iur. Item quia tunc per priuatorum consensum non tribuitur iurisdictio, vt probatur in. l. 3. C. de iurisdict. omn. iudic. quoties ille, in quem iurisdictio dirigenda est per talem consensum, nullam habet iurisdictionem, secus verò si aliquam haberet, secundum glo. in eadem. l. 3. & ijs & alijs hāc opinionem videtur tenere Paul. Castr. in. l. de qua re. §. iudex. ff. de re iudic. relatum & secutum per Auiles, in forma secretæ syndica. c. 49. verbo, *Condemnar*. num. 13. fol. 290. & Guido Papæ, decisione. 285. vbi inquit ꝙ in Curia seruatur sententia lata vltra summam si partes non contradicant, nihilominus tamen in materia nostra contrarium est tenendum, imò quòd quantumuis partes taceant nō possunt iudices ij super maiori summa cognoscere, nam cum limitatam habeant iurisdictionem neque ex expresso, neque tacito consensu partium effici possunt iudices, ex text. in. c. si diligent. §. manifesta. de foro comp. & glo. c. significasti. eod. titu. & glo. in cap. Rodulphus. de rescript. & tenent Docto. in. c. si clericus laicum. de foro comp. ideoque talis defectus iurisdictionis quandocunque etiam lata sentētia opponi poterit, ex communi sententia glo. in Clem. vni. verbo, nō obstante, de seq. poss. & fruct. quam laudat plures eam sequentes & laudantes referēs Didac. Perez in. l. 2. tit. 6. lib. 3. Ord. col. 981. versi. dubitatur. & Additio. Bart. in. l. si expressim. nu. 12. litera. G. ff. de appella-

appellationib.& Bald.in.l.fi.& ibi additio.C.de exceptio.faciũt dicta per Iaſ.in.l.licet.nu.4.C.de procurat.& in.l.1.nu.12. C.de iur.& fact.ignor.& ſic in noſtris terminis contra Auiles, tenet Mexia,in.l.*de Toledo*,in.10.fundamento. 1. part. num. 39. quem poſt hæc ſic tenendo & communiorem & veriorem dicens contra Auiles refert conciuis noſter & intima amicitia coniunctus Doctor Gutierrez,vbi ſuprà.nn.20.& ex eo quòd prorogatio iu- 32
riſdictionis in appellationis inſtantia fieri † non poteſt, ſecundum relatos & ſecutos per Auend.in cap.1.Prætorum.n. 32.ver ſic.duodecima cauſa.lib.1. & iterum in cap.6.nu.1. eod.libr.& Reſponſo.26.num.10.& Felin.in cap.P.&.G.de offi.deleg. vbi Barbat.hanc communem teſtatur opinionem, & quia quoties tempus præfixum eſt inſtantiæ,non verò ſententiæ , nullo modo prorogari poteſt iuriſdictio, ſecundum Cœpolam in.l.quòd ſi nolit.§.ſi quid ita.nu.2.&.5.fol.128.in paruis.ff.de ædilit. edicto.& ſic ſententia lata vltra ſummam, vel vltra tempus inſtantiæ præfixum nulla erit,vt in hac lege dicemus Deo volente,quę cum nulla ſit ſententia,nullo modo poteſt in vim ſententiæ approbari partium conſenſu, imò neque in vim pacti, cum ſit nulla ob defectum iuriſdictionis,niſi obſeruaretur cautela propoſita per Guterrium,vbi ſupra,nu. 19. Et dicta pro prima opinione debent intelligi in alia quàm in ſecunda vel tertia appellationis inſtantia procedere,& vbi in partium eſt poteſtate acta & ſentẽtiam approbare,ex dictis optimè per Anto.Gabriel.in ſuis cõmunibus opinio.tit. de ſententijs.concluſione. 2. per totam, & ſic ſemel iam incontingentia facti dum eſſem aſſeſſor horum iudicum *de Regimiento,* etiam parte non oponẽte pronuntiaui & cauſam remiſi ad Curiam quia cõſtitit valorẽ cauſæ excedere ſummam noſtri text. Quæ quidem ſecunda opinio intelligenda eſt vno & ſingulari modo & declaranda vt procedat, quotieſcunq; ex proceſſu , vel ſententia cõſtaret condemnationem ſummam & metam noſtri text.excedere , ſecus verò ſi eſſet dubium an excedat necnè , tunc enim parte non opponente poterunt optimè iudices ij pronũtiare ſuper iuſtitia cauſæ,& valeuit pronuntiatũ, quãtumuis poſt appareat cõdemnationem excedere limina noſtri text. eò quòd in dubio † iudex competens præſumitur quan- 33
do proceſsit contra præſentem vſque ad litis conteſtationem, ſecus ſi contra contumaces, ſecundum Innocent. in cap. innotuit.de eo qui fur.ordi.ſuſt.& Bald.in.l.fi.C.de re iudic. Cardi.

O nu.1.

nu.1.& Felin.num.10.in cap.cum in iure.de offic.deleg.& cum Innocen.transeũt Doct.teste Alexand.in.l.licet.super gl.inueniantur.nu.5. C. de procurat.& faciunt dicta per Felin.in cap.si clericus laicum.nu.2.&.3.de for.comp.& hæc non est prorogatio, quia cum pronuntiant iudices non constat de eorum incompetentia, sed potius de competentia iurisdictionis, quoniam in dubio iudices præsumendi sunt si pars non opponat,& sic semel & plus me patrocinante obtinui, & voluit Guterrius vbi supra,
34 num.30.sic etiam declarabis text.in.l.si quis ex aliena †.ff.de iudic. probantem, ꝙ si dubium sit an quantitas intra iurisdictionem sit iudicantis optimè cognoscere posse, etiam si reuera causa esset maioris summæ, quę text. ad hoc allegauit Oroscius in l.fi.nu.12.ff.de iurisd.omn.iudic.nam id verum est si per partem non opponatur,secus verò si opponatur: nam tunc tenebitur aduersarius verum valorem ante sententiam liquidare.aliter enim non obtinebit,neque iudices pronuntiare poterunt super meritis causæ etiam dicte dubietate existente ascendat necnè valor causæ metã nostri text. contradictio enim & oppositio defectus iurisdictionis efficit rem dubiam,& ideo appellans tenetur iustificare suam appellationem & iudicum iurisdictionem. Et an in casu in quo iudices ij non possunt super meritis causæ pronuntiare,sed se non esse iudices pronuntiaturos certum est, tenebũtur causam iudici à quo remittere,vel ad superiorem,ad quem pertinebat cognoscere de appellatione illa, & quæstio decisa est ex dispositione text.in.l.18.tit.23.p.3.vt scilicet in hoc casu ad superiorem remittatur,prout latius diximus in.l.1.tit.18.lib.4. Recopilat.Sed est aduertendum,quòd si actor in prima instantia reddat se contẽtum cum decem mille morapetinis pro repetita erit locus dispositioni legis nostræ etiam si res illa plus valeret,secundum Guterrium vbi suprà, num.24. Quibus sic cognitis limitatur dispositio nostri text.vt non procedat in casu.l.8. titu.18. libro.4.Recopilationis,† quam legem voluit ad hoc allegare Di-
35 dac.Perez,hic col.1294.in fin.cum sequentib.Item secũdo non procedit in casu.l.9.supra titu.proximo.17.eiusdem lib.4.Recopil.neque itidem in casu.l.fin.titu.12.libr.2.Recop. In quibus legibus etiam si in summa sit minor decem mille morapetinis iubetur ad aliud appellari tribunal quam ad consistorium ciuitatis, vel villæ.Et notandum est quòd ex illa.l.fin.titu.12.lib.2.Recocopil.determinatur iam dubium tactum per Didacum del Castillo in

llo in.l.49.Tauri.num.8.versic.sed iterum quæro, num scilicet à sententia lata super occupatione terminorum publicorum † populi alicuius, quæ quidem sententia & condemnatio in ea facta non excedebat valorem & summã nostri text. liceret appellari ad consistorium populi, & huic dubio respõdebat Castillo, vbi suprà, ꝙ cum per leg.3.tit.7.lib.7.Recopilationis: à similibus sententijs terminorum appellandum sit ad Regem, non liceread Consistorium appellare, quantumcunq; condemnatio esset intra summam nostri text. quod quidem ex dict.l. fin. iam determinatum habemus. Quid tamen erit in causis gabellarum aliquando maximè dubitationis fuit an & in ijs esset appellandũ ad dictũ Consistorium si minoris valoris essent † quam sex mille morapetinorum, & videbatur dicendum, quòd sic, nam illa.l. fi. titu. 12. libro 2.Recopilationis.solum loquitur in causa maioris summæ sex mille morapetinorum, ergo in minori seruabitur lex nostra, nihilominus tamen contrarium est dicendum, imò quòd in causis gabellarum quantumcunq; minimæ æstimationis sint, non possit appellari ad Consistorium, sed ad calculatores curiæ, quoniam in gabellarum causis ipsi sunt deputati specialiter in appellationis instantia, ideò per generalem dispositionem nostri tex. non censetur iurisdictioni eorum derogatum, & secundum.l.5. tit.12, libr.2. Recopila. innuitur esse in hiscè causis appellandum ad iudices ibidem designatos, & in appellationis materia circa gabellas lex Quaterni gabellarum seruanda est, secundum text. in.l.1.titu.2.cap.6.lib.9.Recopilationis, & ita in nostris terminis tenuit Castillo, vbi suprà, & sine dubio ita est, habemus enim iam capitulum. 19. *de los nueuos apuntamientos de las Alcaualas*, disponens expressè à qualibet sentẽtia gabellarum etiam minimæ æstimationis esse appellandum ad curiam *Para el Consejo de la contaduria mayor*: & ita fit & practicatur, Vlterius & in causis Residentiæ iudicum & officialium iustitiæ appellandum est ad Curiam, vel Regiam † cancellariam secundum causarum essentiam & naturam, nullo verò modo posse appellari ad Consistorium, secundnm text.in.l.17.&.20.titu.7.lib.3. Recopilationis. notat Auiles in cap.21.syndicatus in glo. *Se presenten*. & probatur etiam ex.l.20.titu.4.&.l.12.titu.5.libr.2.Recopila. Sed an si sententia plura capitula contineat, nullum tamen capitulorum de per se excedit summam nostri text. Omnia tamen capitula iuncta excedunt, appellabitur ne ad Consistorium †, & suprà

 deter-

determinauimus, quod sic, quoniam tot sunt sententiæ, quot ca-
pitula, ex dictis & relatis per Auend. in tit. de secunda supplica-
tio mille & quin. duplarum. nu. 13. versic. sed quotidianum. & te
net expresse in nostris terminis Ant. Gomez, tom. 2. Variar. c. 11.
nu. 16. post princ. Sed quid si sub vno capitulo sententiæ res plu
res aut summæ contineantur, & vnaquæq; res, vel summa in ab-
stracto non excedit metam nostri text. in cõcreto verò & simul.
40 iunctæ excedunt, poterit nè † appellari ad Consistorium, & di-
cendum est, ꝙ si omnes illæ summæ aut res prius in sentẽtia spe
cialiter sunt numeratæ, quantumcunque post resoluantur insi-
mul in sententia in vnam summã, dicendo, quæ quidem summę
& res sunt talis valoris & æstimationis, tũc si vnaquæque de per
se non excedit nostri text. metam poterit ad Consistorium ap-
pellari, quia plura sunt capitula huius sententiæ, quoniam plures
res & summæ in ea continentur & sunt specialiter numeratæ, li
cet in vnam reassumptæ, prout supra in hac glos. asseruimus tene
re Tiraquel. si verò sententia non contineat nisi vnum tantum
capitulum, & sic vnicam condemnationem eodem contextu fa
ctam, quantumcunq; sub ea plures summæ continerentur exce-
dentes nostri text. metam simul iunctæ, non poterit ad Consisto
rium appellari, quoniam sententia est actus indiuiduus, ideoque
non posset illud capitulum diuidi, & super parte eius pronuntia-
ri in Consistorio, secundum Rebuff. in dict. 1. tomo consti. Fran-
ciæ, tit. de senten. prouisio. artic. 2. glos 4. num. fi. & Vantium de
nullita. processus, titul. de nullitati. senten. ex defectu processus.
num. 100 & Didacus infra allegandus. & quando dicatur vnum
Capitulum, vel diuersa, vide remissiuè Ias. in repet. l. admonen-
di. num. 130. ff. de iure iurand. Ex quo infero ad quæstionem, de
qua supra succinctè tractauimus, quid si plures litigauerint in
causa quatuordecim mille morapetinorum contra Petrum, quo
in casu si in concreto consideramus est maioris valoris, si verò in
abstracto plurium sociorum respectu est minoris valoris an ad
41 Consistoriũ † appellari poterit, & vt supra iã diximus, Didac. Pe
rez in præsenti, col. 1297. versi. dubitari præterea vidi, inquit ad
Curiã esse appellandum, quod tamen ego verũ intelligere quo-
tiescũq; hæc quatuordecim mille ex eodem debito descẽdunt,
& sic ex vnica actione, vt per Cœpolam consil. ciuili. 14. ad hoc
relatum & secutũ per Additio. Alexan. consi. 135. nu 2. litera. C.
volum. 4. & Cœpol. non reperies in consilijs ciuilibus; sed in
crimi.

criminalibus,in consil.14.nume.21.& sequentib.& faciunt in similí dicta per Auend. in tracta.de.secunda supplica.nu.13. vers. sed quotidianum. Secus verò si sint plura debita differentiũ con tractuum,tunc enim cũ tot sint condemnationes, quot sunt summæ in condemnatione contentæ ad Consistorium erit appellandum si non vno constructu verborum cõdemnatio facta sit in fauorem dictorum sociorum societaté inuicem habentiũ,ex qua societate debita illa resultarunt,nõ est enim faciẽda coaceruatio summarum † ex diuersis actionibus debitarum ad impidiendam 42
iurisdictionem.l.si idem cum eodé.ff.de iurisdict.omn.iudic.vbi Bartol.& omnes,vel in odiosis,licet in fauorabilibus tantũ sic,vt communem testatur Alexan. consil.113. num.3.volumi.5. vbi numer.4.5. &.6.in nostrum ita asserit propositũ, & ibi Additio. litera.A.alios allegat, & in ijs terminis sic cõsuluit Fulgosius con silio.109. per totum, maximè in colu. fin. & Rebuff. optime, in 1. tomo constitu.Franciæ,titul.de senten. execut.arti. 13. gloss. prima.pag.409.& Auend.vbi supra,numer.14.versic.item ex supradictis. vnde dixit Angel.in .l.Lucius.§.qui habebat. ff.ad Tertbellianum.post Bartol.ibi num.2.quòd si quis pro pluribus delictis sit condemnatus in centum pro vno in quinquaginta & pro alio in alijs quinquaginta,non dicitur condemnatus † in cẽtum, 43
& sequitur Alexan.consilio.135.nume.2.volumi.4. & idem dicendum est respectu plurium debitorum cõdemnatorum non insolidum,sed simpliciter.vt si eorum condemnationes ex diuersis causis descendant,& vnaquæque earum nõ excedit summam nostri text. appellandum est ad Consistorium ciuitatis vel villæ vbi causa agitatur,quantumcunq; omnes illæ summæ in vno eodemque libello & in vna & eadé sententia contineantur,secus tamen erit si ex vna actione & defensione fieret cõdemnatio contra plures etiam in viriles portiones,dum tamen vnus pro alio sit condemnatus soluere,quoniam tunc non erit locus dispositioni nostri text.& ita etiam voluit Auend.vbi supra,num.14.& idem crederem si condmnationes illæ inuicé essent connexæ.Et quæ dicantur cõnexa†,tradit Deci.& eius additio.in.c. si duobus,de 44
appell.& Signorolus de Homodæis,in consil.posito,post lecturam Cœpolæ,in titu.de seruis fugiti. & melius omnium Menochius de arbit.iudi.libr.2.centu.1.casu.95. eò ꝙ secundum eum ibi,nu.5.&.9.connexa indiuidua, & inseparabilia sunt.

Ibi, [*La condenacion della.*] Nam quoad deuoluendam causam c

45 appellationis, quantitas causæ non ex libello sed ex ipsa † sententia inspicienda est, vt probatur ex text. nostro, & ex. l. in offerendis. in princip. C. de appellat. & in propositum nostrum notat Fulgosius dict. consi. 109.

d Ibi [*Appellacion para ante nos.*] Etiam si appellans esset miserabilis persona, vel alia priuilegiata ad conueniendum alios in Curia, vel cancellaria per casum Curiæ, adhuc in causis summæ nostri text. ad consistorium debet appellare, nam si in prima etiam instantia similis causa ad Curiam vel cancellariã deferri non potest per aliquam etiam priuilegiatam personam, vt probatur in l. 11. tit. 5. lib. 4. Recopil. à fortiori neq; per viam appellationis, quoniam quòd vna via prohibetur, ad alia ex iuris regula quis nõ debet admitti, & quia causa semel cœpta coram inferioribus ibidem finiri debet. Idemque iudicarẽ in locis *de señorio,* vbi speciales iudices appellationum deputati sunt per Dominos, nam in ijs locis ad ipsos iudices appellationum erit appellãdum in his causis, & cum sententia eorum in secunda instantia lata finietur negotium & causa valoris & æstimationis nostri text. neque ad Consistorium talis loci *de Señorio*, erit appellandum, nè præiudicetur iurisdictioni Dominorum in terris suis, & iudicum ab eisdem ad decidendas appellationum instãtias cõstituorum, quod & præmaximè procedet in locis vbi Domini non habent cognitionem in prima instantia, & hoc nisi aliud de consuetudine antiqua habeatur, nam tunc consuetudo seruabitur, vt notabimus in. l. 12. tit. 5. lib. 2. Recopil.

e Ibi, [*No sean tenudos de la otorgar, ni la otorgen.*] Etiam si sit de casibus vbi appellationi omnino deferendum est, adhuc enim tunc in causis valoris & æstimationis nostri text. si appellatur ad Curiam non est deferendum tali appellationi, neque punietur iudex ei non deferens pœnis legis. l. 13. & similium, titul. 18. libro. 4. Recopilat. nisi insimul appellaretur ad Curiam & ad quem de iure appellari potest, nam tunc cum censeatur appellatum ad consistorium erit talia appellationi deferendum regulariter sub pœnis dictæ. l. 13. idque probatur etiam ex text. in. l. 18. titul. 23. partit. 3. Ex qua in propositum nostri text. notandum est, quòd si pars condemnata intra metam & taxam nostræ legis per errorem appellauerit tantum ad iudices maiores & non ad Consistorium, neque ad alium ad quem de iure poterat appellari, adhuc tunc valida erit talis appellatio, quæ licet prosequi non possit

posſit corã ſuperioribus, ipſi tamen ſuperiores tenebuntur cau- 46
ſam inferioribus † remittere, quoniã error ille corrigitur à iure, ſecundum Bar. per tex. ibi in. l. 1. §. ſi quis. ff. de appel. & probatur ex. d. l. 18. & tenet nouiſsimè Gome. Leon, in ſua centuria informationum iuris. loco. 75. ſic dicens pronuntiatum, & cum remitti debeat inferioribus cauſa hæc teneri poteſt, quod ſi pars grauata cum remiſsione ſe præſentauerit in Conſiſtorio quàm primũ poterit, iudices ibidem nominandi ſunt, qui quidem cognoſcãt, de iuſtitia cauſę & eã terminare debẽt intra noſtri tex. terminos, nã ſi aliud eſſet dicendũ ad quid quęſo remiſsio hęc eſſet faciẽda.

Ibi [*Se ſintiere agrauiada.*] Ob hoc enim appellatur, vt grauamen ſententiæ tollatur, nam appellatio ad corrigendam iniqui- f
tatem ſententiæ † interponitur, vt habetur in. l. 1. ff. de appella- 47
tionib. & in. l. eos. C. eod. tit. & ideò dicitur, ſi grauaris appell. c. omnis oppreſſus. 2. quæſt. 6. ex quo inquiunt Bald. & relati per Rebuff. in. 3. tomo. conſtitu. Franciæ, tit. de appellat. in præfatio.
num. 76. quòd contra venenum † iudicum data eſt theriaca ap- 48
pellationis, quam quidem appellationem interponendam conſulo quoties ſententia grauat, nam appellationis immediata † 49
cauſa eſt grauamen, ſecundum Abbat. in capi. conſuluit. 2. nu. 3. & capit. quæſtioni. num. 5. & capit. nouit. num. 2. & cap. ex parte. numero ſeptimo. de appellationibus, ſine grauamine enim regulariter quis non auditur appellans niſi ordo omittatur, ſecũdum text. in. l. ait prætor. §. permittitur. ff. de minorib. & Bald. notat in. capit. cum dilecta. nume. 30. de reſcript. Appellatio enim
non ſuffugium †, ſed refugium debet eſſe, ſecundum tex. in cap. 50
cum appellationibus, de appellatio. in. 6. l. in fundo. ff. de rei ven. & remedium oppreſſorum non verò iuuamen iniquitatis, vt probat tex. in. c. ad noſtram. & . c. ſuggeſtum. & . cap. cum ſpeciali. §.
porro. de appel. alias enim iniuſtè appellans † mortaliter peccat, 51
& ad reſtitutionem tenetur damnorũ & expenſarum, vt ex Thoma. 2. 2. q. 69. art. 3. probatur, & tradit Soto, de iuſt. & iure. libr. 5. quæſt. 6. art. 3. & Nauar. in Manuali. c. 25. n. 39. niſi appellans confidat in ſecũda inſtantia intentionem probare, nam cum confi-
dentia iuſtæ cauſæ non eſt peccatum † appellare, ſecũdum Tho- 52
mam relatum per Felin. in rub. in fine. extra de appellat. nam & appellatur à ſententia, vt probatio omiſſa in prima inſtantia poſſit ſuppleri & reſtaurari in ſecũda, & ſic communiter dicitur. in appellationis inſtantia non allegata allegabo & non probata

probabo, vt deducitur ex text. in l. per hanc. C. de appellatio. quã regulam optimè ampliat & limitat Rebuffum. in 2. tomo, constit. Franciæ, tit. de rescript. artic. 3. glo. 4. num. 1. cum sequen. &
53 quando dicetur iudicem † grauare, vide per eundem Rebuff. in dict. tit. de appellat. artic. 22. glo. 2. num. 6. cum sequent. & ideò iustè lex nostra appellationem permittit si pars grauatam se senserit, & ex. l. 1. ibi, *Agrauien a las partes*, tit. 18. lib. 4. Recopilationis. Idem deducitur, vbi & alia similia diximus.

g Ibi, [*Que pueda appellar.*] Absq; appellatione enim nõ poterũt iudices ij de Consistorio adiri regulariter vt de iustitia causæ ciuilis coram ordinario iudice vertentis cognoscea etiã per viam nullitatis principaliter intentatæ, quoniam limitatam habent iurisdictionem ex text. nostro per viam appellationis tantum, & ideò neq; per viam querelæ, aut nullitatis principaliter intenta-
54 tæ ad eos regulariter † recurri potest, secundum Felin. & Deci. in cap. in literis. columnis finalibus. de officio deleg. & Franc. in cap. dilecto. nu. 76. de appella. & Auend. cap. 6. Præto. n. 3. lib. 1. & hanc cõmuniorem testatur opinionem Felin. in cap. per tuas. colum. fin. de senten. excom. relatus per Vantium, de nullit. pro cess. tit. coram quo nullit. propo. pos. num. 20. quicquid contrariũ senserit Abb. in. d. cap. in literis. in fine. & Decius in dict. cap. dilecto. col. pen. incidenter tamen poterunt iudices sub appellatione principaliter interposita cognoscere de nullitate, nisi talis appellatio interposita sit cum clausula illa, Saluo iure nullitatis, tũc
55 enim neque incidenter † possent de tali nullitate cognoscere iudices ij *de Regimiento*, quoniam saluando nullitatem, circa eam censetur eorum iurisdictio ligata, secundum Decium in dict. c. dilecto. num. 5. de quo & alibi latius dicemus, & quando dicetur nullitatem tractari principaliter, & quando incidenter, videndus est Couar. in Pract. quæst. cap. 24. num. 7.

h Ibi, [*Hasta cinco dias.*] Ex ijs verbis iunctis illis præcedẽtibus, *Pueda*, quod verbum, *Pueda*, affirmatiuè conceptum non importat necessitatem. sed meram voluntatem & potentiam, colligo
56 cõclusionem, cõtra errorem quorũdam Aduocatorum † asserentium, ꝙ si hodie notificatur sententia lata per iudicem à quo, & cras Decuriones & Anciani ciuitatis congregãtur ad Cõcilium ordinarium, ꝙ grauatus ex sentẽtia illa iudicis à quo tenebatur illomet die appellare, & se præsentare in illo crastino Cõsistorio immediate sequente, aliter enim appellatio remanebat deserta:

contra quorum opinionem vides text.nostrum esse expressissimum, nam si parti grauatæ per sententiam quinque dies conceduntur ad appellãdum ab ipsa sentẽtia, & pars grauata non vult appellare nisi in quinto die, quantumcunq; intra hos quinque dies cõgregetur concilium ordinarium, non est censendum appellationem remanere desertã, quoniã esset aliter restringere terminum illorũ quinque dierũ per legem nostram, &. l. 1. supra eod. tit. & lib. 4. Recopil. appellationi constitutorum, neque obstat, ꝙ lex nostra dicat, quod tenetur pars grauata in primo Consistorio se præsentare, quia illud verũ est & procedit, postquàm pars appellauit, idque lex nostræ significat, dum prius de appellatione proponenda præsupponit, quasi nõdum proposita appellatione non teneatur se presentare, vt enim dispositum locum habeat debet verificari præsuppositum, ex glo. sing. & communiter approbata, in. l. mancipia. C. de seruis fugit. lex tamen nostra præsupponit appellationis interpositionem præcessisse congregationem concilij, igitur deficiente appellatione & sic præsupposito, non est necesse verificari dispositum, & sic præsentationem in cõsistorio. Item quia post appellationem interpositã nõ verò ante † currit tempus eam prosequendi, vt in. c. ex ratione. de appellatio. l. 1. &. 2. tit. 18. lib. 4. Recopil. neque reperitur cautum, 57 ꝙ in aliquo casu teneatur pars statim appellare, secũdum Cassiador. decisio. 6. de appellat. n. 1. & sic remanet firma conclusio cõtra dictos Aduocatos, ꝙ nõ tenetur grauatus appellare, & se præsentare in primo Consistorio durante tempore quinque dierum appellationi assignatorũ, nisi ipsa pars velit, & appellauerit statim lata sententia, quoniam appellatione proposita tenebitur se præsentare in primo Consistorio, aliter verò remanebit appellatio deserta & sententia in rem iudicatam lapsa, queadmodum firma remaneret sentẽtia si in ijs quinq; diebus pars grauata nõ appellaret, secũdum tex. in. l. ab eo. C. quomodo & qñ iud. &. l. r. §. biduũ. &. l. eos. §. 1. ff. quãdo appel. sit, & in Authent. hodie. C. qñ appel. sit. &. l. 19. col. 2. in. fi. tit. 22. & . l. 2. in fi. tit. 23. p. 3. & notandum ꝙ dies isti quinque debẽt esse continui, vt colligitur ex text. nostro, ibi, *Hasta cinco dias desde el dia que se diere la sentẽcia*, & ex. l. 1. tit. 18. lib. 4. Recop. & quia in dubio omne tẽpus assignatũ à lege debet esse cõtinuum †, secũdum glo. sing. & vnicam, 58 in rubr. ff. de diuer. & tẽp. præs. teste Imol. in Clem. 1. de in integ. resti. col. 4. cui est similis in. c. 2. de temp. ordin. lib. 6. & cõmen-

dat alios allegãs Anto.Gomez,tom..3.c.8.n.2.Imò & dies termini cõputatur in termino,dictioq;, *Hasta*,nostri tex.Latinè,vsq;, dicta inclusiuè ponitur in præsenti,prout posita fuit in.d.l.1.titu. 18.lib.4.Recop.& colligitur ex tex. ibidem in finalibus verbis,& alia ibidẽ in propositũ diximus.Et quæ tẽpora iure canonico, ciuili,Foro,& Partitarum † dabãtur ad appellandũ,declarat Dida.
59 Perez,lib.3.ordi.col.1280.in fine.cum seq.& Villalobos in Antinomina Iuris ciuilis & Regij,litera.A.n.58.& ante eos Rebuff.in 3.tom.const.Franciæ,tit.de appel.art.1.& in tribunalibus Ecclesiasticis tẽpus decẽ dierũ adhuc est in viridi obseruantia,prout & in cãcellarijs Regijs & in Curia in gradu supplicationis à sentẽtia diffinitiua ibidẽ lata seruatur,vt patet ex.l.1.tit.19.lib.4. Recopil.

i Ibi [*Y viniere a su noticia.*] Antè enim ij quinq; dies appellationi cõstituti non currunt,& sic nõ sufficit fuisse prolatã senten
60 tiam nisi ad notitiã condemnati perueniat,† ex text.in.l. 1.§. fin. ff.quãdo appel.de quo diximus in,l.1.in gl.Y *vinieren* dicti.tit.18. lib.4.Recop.vbi & alia retulimus,quæ videri aliquando spero,& nè bis repetantur hic non inserui. & quia ibidẽ est aptior locus.

k Ibi [*Para ante el concejo.*] Hunc & alios casus vbi Conciliũ ci
61 uitatis & eius Rectores † iurisdictionẽ habent refert Auend.c.1. Prætо.nu.31.lib.1. & Autor noster supra in lib. 2.c.18. & Didac. Perez,libr.2.ordi.col.973.per totam,cum seq. vbi & quærit an ij Rectores possint delegare causam, de quo diximus in Rubirica, tit. *De los Alcaldes ordinarios*,lib.3.Recopil.

l Ibi [*Acostrumbran yr.*] Hic habes text.probantẽ consuetudine acquiri posse iurisdictionem,prout & probatur ex.l.1. titu.9. lib.3.Recopil.& ex.l.1.tit.15.lib.4.Recop.eiusdem,vbi latè diximus. Cautéque verba hæc in lege nostra posita fuère, nã in locis Dominorum particularium vel Regis, vbi sunt deputati iudices appellationum,qui vocantur *Alcaldes mayores*, vel *Alcaldes de las alçadas*, in consuetum est appellari, etiam in causis ijs minoris summæ à nostro text.designatæ,ad cõsistorium talis ciuitatis vel villæ,sed ad ipsosmet appellationũ iudices appellatur,quibus & eorum iurisdictioni non est credendum legem nostrã vel præiudicare,iuxta text.in cap.licet in corrigendis.de offic.ord.& in cap.super eo.de offic.delega.facit.l.si quãdo.C.de inoffi.testam. cum traditis ab Alciato, de præsumptio.Regul.3.præsumpt.11. & ideò iustè text.noster inquit,consuetudinem attendendã, quasi dixisset,quòd ea cessante appellandum sit ad illum,ad quem aliàs

appella-

appellatio illa deferri solebat,quemadmodum & lex nostra prouidet fieri in locis distantibus ab aliqua Regia cãcellaria per octo leucas. Ex quibus declaratur id,quod iure antiquo statutum erat scilicet,quòd si in aliqua ciuitate deerat, vel aberat iudex appellationis,poterat appellari ad Decuriones † & Ancianos ciuitatis 62
illius,secundum Bart.in.l.vbi absunt.ff.de tutor.& currat.dat.ab his,& alios relatos per Marant.in pract.titu.de appel.n.378.cum sequent.nam id verum hodie erit,in locis vbi ita est consuetum, non verò alias,cessat enim hodie in nostra Hispania illa doctrina Bart.secundum Auenda.cap.1.Prætorum,num.31. versic. item ex his.lib.1.

Ibi [*El qual lleue luego.*] Forma hæc recesit ab vsu,neque seruatur in practica per hos consistorij Rectores,sed tantũ,interposita appellatione & facta eius præsentatione † in Consistorio immediatè sequente postquam fuit appellatum,proponit pars petitionem in Consistorio narrando, quòd in tali causa valoris decem mille morapetinorum fuit condemnatus per iudicẽ ordinarium loci illius, à qua cõdemnatione appellauit ad Constorium, & in hoc gradu se præsentat & petit nominari duos Decuriones, qui sint iudices illius causæ, & in ea iustitiam faciant & administrent adhibitis legis solennitatibus,& sic statim prouidẽtur iudices ipsi quibus desumitur iuramẽtum, & à tergo petitionis huius apponitur per tabellionem Consistorij præsentatio illius petitionis & iuramẽtum,nominatotum & originaliter traditur parti appellanti vt apponatur in processu, & post hæc traditur processus ad allegandum *De agrauios*,& libellus grauaminum præsentatur coram iudice à quo ordinario ipsius loci in audientia publica ordinaria, vel extra eam, & datur copia parti aduersæ. Cui quidem notificandus est libellus grauaminum, nè appellatio remaneat deserta,& statim, vel intra triginta dies huic instantiæ per textum nostrum asignatos, partes præsentant interrogatoria ad examinandos testes, & admittuntur in quantum pertinentia, & partes citantur ad videndum iura[illegible] testes, & lapsis his triginta diebus, traditur originaliter processus ipse Decurionibus iudicibus cum assessoria competente, vt iuris peritum consulant, pro determinatione causæ, qui quidem sic facientes, recipiunt à iuris perito eorum assessore processum & sententiam, & consulto iudice à quo per ipsum iuris peritum, Decuriones ipsi, coram iudice à quo, vel successore eius & tabellione

bellione causæ vel alio quolibet, præsentibus duobus testibus ad minus pronunciant sententiam illam, intra decem dies eis ad sententiandum constitutos, & eam pronunciatam subscribunt: & sic iudex ordinarius adhæret sententiæ illi, subscriptionem suam itidem in ea interponit, sed si ordinarius recusat illi adhære re, Decuriones ipsi requirunt eum, vt adhæreat sententiæ suæ, vel saltim exequatur eam, prout tenetur exequi, quantumuis ei non se subscripserit, quoniam ipsi Rectores remittunt sem per ei executionem, aliàs enim possent, & ipsi de execu- tione cognoscere, prout in fine huius legis dicemus, & hæc est practica ordinaria procedendi in gradu appellationis no- stræ legis, & consona eius intentioni, & habes notare vnum ex his verbis nostri textus, quod quamuis de iure appellatione in terposita, debent peti per partes literæ testimoniales appella-
64 tionis, ad se præsentandum †, coram iudice ad quem, vt patet ex. l. 2. suprà isto titulo. &. l. 10. infrà eodem. &. l. 22. & l. 26. titulo. 22. part. 3. &. l. vnica. ff. de libellis dimissor. ibi post appellationem. 2. quæst. 6. cap. 1. & cap. ab eo. de appellationibus. in. 6. & in Clementina quamuis, eodem tit. in appellatione tamē nostri textus, ad Consistorium proposita tales literæ testimo- niales non sunt necessariæ, idque, licet in alio proposito, notauit Speculator in tit. de appellationibus. §. sequitur. n. 8. in finalibus verbis.

n Ibi [*Dos buenas personas.*] Eiusdem consistorij Rectores, à qui bus quid factum fuerit, perinde est acsi à toto consistorio factum
65 † esset. l. item eorū. §. si. Decurio. ff. quod cuiusq; vni. nom. not. Deci. consi. 543. n. 8. Sed an si vnus ex eis causa nondū finita desi
66 nat esse Decurio, possit procedere †, & prosequi in cognitione causæ illius, videtur dicendum ꝙ sic, ex gl. in. c. statutū. in prin. in verb. canonicis. de rescrip. in. 6. dicente, quod si Canonicus, cui causa cōmittitur per sedē Apostol. post receptionē literarū desi- nat esse canonicus, poterit nihilominus esse iudex in causa illa, & cum illa gl. transeūt ibi Gomec. n. 125. & alij Docto. & Abb. cōsi. 93. vol. 2. & Castro, cōsi. 288. n. 3. vol. 2. dicit cōmunem, Deci. in c. quoniā Abb. n. 6. de off. deleg. Tiraq. cessante causa. 1. part. limi. 4. n. 4. Nihilominus tamē in ꝓpositū nostræ. l. contrariū est tenē dū, quoniā. cū deficiat in eo qualitas Decurionatus cui' respectu hęc lex nostra tribuit illi iurisdictionē deficere debet ipsa iurisdi- ctio, arg. l. si vsusfr. ff. quib. mo. vsusfr. amit. & l. tutelas. in prin. ff. de cap.

de capi.diminutio. &.l.pater filium.§. Tusculanis. de leg. 3. not. Aymon Craueta consil.302.n.31.neq; obstat illa gloss.dicti.cap. statutum. quoniam respondeo, quod in ea specie, licet deficiat qualitas Canonicatus, quæ inerat à principio non tamen deficit ratio finalis illius.cap.statutum nempe quod qui obtinent digni tates, vel Canonicatus in Ecclesia cathedrali, præsumuntur peri ti & honestiores, vt aduertit illa gloss. quæ quidem præsumptio peritiæ semper durat, & ideo quamuis finiatur Canonicatus, durat peritia, & sic ratio iurisdictionis concessæ, & licet glo. alia in verbo committantur ibidem aliam etiã rationem, assignet, illa tamẽ est impulsiua, prima verò finalis, vt aduertit Vãquellius ibi, & Doctores statim citandi, alias enim si ratio finalis deficeret, deficiente qualitate deficeret dispositio ex iuribus supra allegatis iũcto.cap.cum cessante.de appellat. & ita vult Bald.in.l.generaliter.C.de episcopis & cleri. Imola in Clementi. & si principalis.n.14.de rescript. & Deci.in dict.cap.quoniam. Abba. num.6. At vero in proposita specie nostri text. solum consideratur tanquam ratio finalis qualitas Decurionatus, nẽpe quod sit mẽbrum ipsius Consistorij, non vero peritia Decurionum, quia communiter imperiti literarum sunt, & sic deficiente ea qualitate Decurionatus deficit iurisdictio, ex quo infero iurisdictionẽ non trãsire in successorẽ ipsius Decurionatus, quoniam in ipso Decurionatu nõ datur successio†, sed vacat per resignationẽ, & de no 67
uo prouidetur, & nõ tribuitur electo Decurioni iurisdictio, ita qđ ex toto abdicetur à Consistorio, sed remanet penes ipsum cõsistorium retinẽs eam mediantibus personis Decurionum electorum in iudices, & sic si durãte lite illa, vnus eorum vel ambo mo rerentur, vel remouerentur Consistorium ipsum eliget de nouo alios in iudices, causæ illius in locũ mortuorum, & faciunt dicta per Decium num.8. & Feli.num.5.in dict.cap. quoniam Abbas. Sed an hos Rectores in iudices electos, poterit pars appellans postea recusare† credere quod nullo modo, si noua causa recusa 68
tionis nõ superueniat, nam postquã ipse eos in iudices petijt, & sibi dati sunt, videtur eorũ personas approbasse, & ideo mihi iurũ si non possit postea eos recusare, quod enim quis semel approbauit amplius recusare nõ potest, ex iuris regula nisi noua causa recusationis superueniat, & ideo pars appellãs debet aduertere dũ in Consistorio se Præsentat, an habeat aliquos ex rectoribus suspectos, vt tũc tẽpore presentationis recuset eos, pars vero appel lata

lata poterit optimè eos recusare, quia adiūctus recusari potest, & tūc quoniam ipsi Rectores ordinarij iudices sunt in hac causa, vt infra dicemus, in socium eligent vnū ex Rectoribus alijs, quia in simul cum eis cognoscat in causa, vel verius totum ipsum Consistorium ad petitionem partis appellatæ recusantis socium ipsum nominabunt ex Decurionibus alijs non recusatis. Sed quid si ex causa infirmitatis, vel ex alia, putà, absentiæ à ciuitate, vnus ex his Decurionibus in iudices electis impeditus sit cognoscere in causa illa, propter quod eius loco eligitur alius ex Rectoribus, an si causa adhuc non finita cesset impedimentū illud; quia redijt absens ille Rector, reassumet iurisdictionem, & erit iudex, & sic cessabit
69 † substituti iurisdictio, vide gloss. in cap. cum plures. de offic. de lega. in sexto. verbo nequibunt. & in verbo, recusaret. ex quibus desumitur quod si sunt dati cū clausula quod si nō omnes, cessante impedimento reassumet iurisdictionem, vel melius quoniam commissionis causa cessante cessat commissio, vt per Tiraquel. à cessante causa. 1. parte, nume. 48. Sed commissio substituto concessa est propter impedimentum eius in cuius loco substituitur, igitur reuertente primo iudice reassumet iurisdictionem & cessabit substitutio secundi, & de iure sic videbatur asserēdum, practica tamen recipit, vt quantumcunque absens Rector redeat nondum finita causa, non ipse sed eius loco substitutus finiat eam, & nimirum quoniā vterque eorum repræsentat Consistoriū, quod
70 vnū est, & quid si totū Consistoriū † recusetur quid fiet? vide. l. 16. tit. 16. supra isto lib. quæ licet locatur in criminalibus, in ciuilibus tamen in instantia appellationis idē credere esse faciēdum, si totū Cōsistoriū recusetur, nisi aliud sit de cōsuetudine obtentū.

Ibi [*Los quales en vno con el juez que dio la sententia.*] Ex his verbis manifestè collegitur Decuriones hos in iudices electos ordinario loci à quo appellatum est, adiunctos, esse & ideo ordinarios
71 iudices † reputari, vt probauimus in. l. 1. glo. 1. titu. 9. lib. 3. supra. & deducitur ex. l. more. consequēte. & ibi glo. ff. de iurisd. omn. iud. explicāte ibi Ioan. Bapt. n. 1. scilicet, quod ordinarius iudex est qui iurisdictionē habet à lege vel à principe, tradit Alciat. in Rub. n. 5. de offic. ordinarij. cūq; ordinarij iudices sint, oēs simul iudicare debēt, vt inquit lex nostra & probatur ex dictis per Ber. Diaz in reg. 380. & ideo iunctim cū ipso iudice à quo, vel successore eius & corā eo sententiā suā pronūtiāt, secundū Ant. Gom. in. l. 38. Tauri. n. 2. & . 3. ex quo si de nullitate sententiæ ab eis pro

latæ agatur, Rectores ipsi cognoscent etiam de nullitate intenta ta prout in l.2. eiusdem tituli, & lib. in glo.1. dictum remanet.

Ibi [*Hagan juramento*.] Quod quidem iuramētum de stylo & cōsuetudine, soli Decuriones iudices in cōsistorio nominati faciunt, nō verò iudex à quo, quātumcūq; lex nostra aliud innuat, quod praxis nō recipit, sed an si iuramēto hoc non præstito, Rectores ij, diffinitiuè negotium determinauerint, erit † sententia ab eis lata nulla, & videtur dicendum quod sic, tanquam lata contra formam substantialem, à lege nostra requisitam, quotiescunq; enim lex aliquid introducit de nouo, cū certis qualitatibus & modificationibus omne expressum in tali lege pro forma reputatur, secūdū Dec. cōs. 612. n. 2. quā refert & sequitur Tellus Fern. in 2. par. l. 3. Tauri. n. 16. omnisq; qualitas à lege requisita, cēsetur pro forma substātiali, secundū Auend. Resp. 14. in fi. Lex tamen nostra requirit iuramentū præstari per Decurines nominatos in iudices, & sic formā substantialē inducit, quādoquidem nouitatis introductiua est, cum modificationibus & qualitatibus ab ea declaratis, ergo est nullus actus eius forma omissa factus, itē etiā quia antequā iurent potest dici nullā iurisdictionē habere, quēadmodū in iudicib⁹ ordinarijs populorū, quia antequā iuramēta à lege requisita præstēt, & faciāt, nullā eis cōpetere iurisdictionē, & sic sentētiam ab eis latā esse nullā, asserit Auend. c. 2. Præt. nu. 1. & 2. lib. 2. est tamen verū quod si Decuriones ij iurauerint, & ꝑpter absentiā vnius eorū absentis loco, alius Decurio subrogetur, quantūuis subrogatus iste nō iuret, nō erit inualida eius & socij sentētia, tum quia adest socius qui iurauit, tū etiam quia cū substitutus sit eius, qui iuramentū præstitit, & successerit in eius loco & iuridictione, iuramentū prædecessoris sui obligat eū, cū eadem sit dignitas & idem officiū †, ex. l. proponebatur. ff. de iudic. & l. 5. tit. 15. part. 2. & ibi Gregor. Lup. in verb. *Son viuos*. & eleganter Capitius decisio. 1. & Afflictis decisi. 381. tum etiā quia sic praxi receptū videmus sicut & receptū est in iudicibus ordinarijs propter absentiā Correctoris ab eo nominatis, vt officiū exerceant dum absentia eius durat, ij enim nulla iuramenta præstant, & sic semel in facti contingentia pronūtiaui.

Ibi [*Y ante ellos*.] Quod vt suprà dictum remanet practica ordinaria non recipit, fiunt enim omnia acta secundæ huius instantiæ coram iudice à quo, vel successore eius, testesq; & instrumēta corā eo solūmodo præsentātur, & ipse ꝑuidet, & iubet exa

minari

minari testes, & omnia alia necessaria fieri, vsq; dũ triginta dies nostri text. labuntur, neq; aliquid horũ fit, neq; præsentatur corã ipsis Decurionibus, sententiari tamen absq; eis non potest, ordi-
74 narius enim prosequitur processum etiã absente aliquo ex adiun ctis, licet pronsitiare † nõ possit, absq; eis secundũ gl. 1. in. c. pru- dẽtia. de. off. deleg. prout & in gl. *El qual.* huius. l. dictũ remanet.
P Ibi [*De concluyr el pleyto.*] Colligitur ex his verbis terminũ hunc triginta dierũ, p. l. nostrã concedi ad allegandũ & probandum & probatũ habendum, vt not. Auiles vbi suprà. n. 2. quandoquidem cõclusio requiritur, ex quo infertur testes etiã iuratos in termino horũ triginta dierũ, diebus his elapsis examinari non posse, vt pau lò post in progressu huius. l. dicemus & quia terminus à lege da-
75 tus intelligitur perẽptorius & lapsus eius habet vim expressæ †, prohibitionis secundũ Auen. Ref. 26. n. 2. quãuis si magna subes- set æquitas vtiq; essent, admittẽdi, taliũ testium iuratorũ exami-
76 natiões, lapsis etiã triginta † diebus, puta, si veritas causæ ex eorũ pẽderet testimonijs, vt describit. Card. c. ad consultationẽ. de ap pel. & Barb. & alij relati & secuti per Menoc. de arb. iud. lib. 1. q. 35. n. 22. vbi plura notãda de cõclusione causæ retulit ibidẽ, & iti- dẽ in lib. 2. centu. 1. casu. 51. n. 23. cũ aliquibus seq. præsertim si ta- ceret pars aduersa, vt inquit in proposito Mexia in pragm. panis concl. 6. n. 72. fol. 109. ex Deci. c. licet causam. de probat. n. 18. & in fi. gl. sequẽtis alia circa hoc dicemus. Itẽ notandũ est quod le- cet terminus iste triginta dierũ successerit in locũ anni fatalis, an- tea constituti ad finiendam appellationẽ, nihilominus tamen ve rum esse credo quod quanuis pars appellãs intra hos triginta dies vocaliter nõ concluserit in causa illa, non propterea remanebit appellatio deserta, dum tamẽ libellum grauaminis intra eos præ
77 sentauerit, quia per lapsum horum triginta dierum †, censetur conclusum in causa cum dictis & allegatis per partem, secũdum Felinum in cap. cum dilectus. num. 27. & 28. de fide instrum. & voluit Paulus in. l. fi. C. qui admitti. & quia conclusio fit in causa legis dispositione, cum ius commune vel muncipale certũ præ- fixit terminum causæ, secundum Bald. in. l. si accusatoribus. in fi. C. de accusationibus. quẽ & Felin. refert. & sequitur Menohc. in dict. quæst. 35. num. 6. itidemque in causa appellationis conclude re in causa est litem contestare, secundum Socinum in cap. vni. col. fi. de litis contestatione. relatum & secutum per Rebuff. in. 1. tomo constit. Franciæ, titu. de sententijs prouisonalib. articul. 1.
glos.

gloss. 12 nume. 4. & concludere dicitur cum appellans inquit malè iudicatum & bene appellatum, & hoc in Fran. secundum eum vtitur, & itidem in nostra Hispania vtendum est ex dictis, dum tamē intrà triginta hos dies, grauaminis libellū pars appellans præsentet, aliàs enim remaneret vtique sententia firma, siquidem non conclusit allegando, nec contestando, neque in voce saltim concludendo, & ita remanet deserta appellatio, secundum Auend. Respon. 26. num. 10. versic. siquidem pars. qui quidem sic intelligendus est, debes tamen notare quod ex his verbis dum ad appellantem tantum diriguntur probatur in instantia hac appellationis non requiri litis contestationem †, quanuis ambæ partes sint præsentes, sed sufficere libellum grauaminum parti appellatæ notificari vel eius procuratori, quanuis pars appellata ei non respondeat, neque contestetur litem, & ita etiā probatur ex. l. 5. tit. 16. part. 3. quanuis de iure essent aliàs opiniones, vt licet videre ex Didac. Perez in. l. 1. titu. 3. lib. 3. ordin. col. 865. quæst. 6. & ita vtimur quotidie. Possunt tamen partes in hac secunda instantia non allegata, allegare, & non probata, probare, dum tamen talia sint, quæ pendeant ex re, causa, vel actione in prima instantia deductis. Secus si sint ita noua †, quòd sint penitus ab his diuersa, ex. l. per hanc. C. de temp. appell. & l. 39. tit. 16. par. 3. tradit optimè declarans Rebuff. in. 2. tomo const. Franciæ, tit. de rescrip. artic. 3. glo. 4. nu. 12. & 14. & sic non licet mutare libellum, vel actionem in prima instantia deductam †, secū dum Rom. consi. 381. neque omissam in prima dilatoriam, in secunda proponere instantia, secundum glos. in. c. ad audientiam. 2. de rescript. & ibi Felin. nu. 13. & Rebuff. vbi supra. nu. 13. neque licebit super eisdem articulis vel contrarijs probationes inducere, vt in. l. 4. tit. 9. supra eodem dictum est, & an acta prioris instantiæ teneatur appellans, vel appellatus in causa appellationis †, exhibere tradit optimè Anto. Gabriel in suis communibus conclusionibus. tit. de appel. concl. 5.

78

79

80

81

Ibi [*Dentro de treynta dias.*] Qui quidem terminus etiam ex partium expresso consensu †, prorogari non potest, ex dictis per Auend. Respon. 26. num. 5. & 10. & Auiles dict. cap. 49. secretæ syndicatio. verb. *condenar.* num. 5. ad fin. fol. 289. & tenent plures relati per Asinium in praxi. §. 2. cap. 8. num. 3. & iterum ibi, in capit. 9. & in cap. 10. an coarctari posit, & quod prorogari non possit in hoc casu de iure est, nam in causa appellationis prorogatio

q

82

iurisdictionis locum non habent, secundum Bald. in capit. 1. §. ad hoc. versicul. secundum mores ciuitatis, de pace Constantiæ, quem & alios allegat Auenda vbi supra. & prius in capit. 1. Prætorum num. 32. versicul. duodecima causa. libr. 1. & iterum in capit. 6. numer. 1. eod. libr. Ex quo infero quod neque super maiori quantitate decem mille morapetinorum, etiam parte appellata tacente, cognoscere non possunt, si certum est, maioré esse quantitatem, prout in gloss. *diez mill maravedis*. suprà dictum remanet in hac lege, quantumuis Auiles vbi supra, num. 13. fol. 290. aliud velit, ex authoritate, scilicet, & Guido Papæ, qui non in secunda, sed in prima loquuntur instantia, vbi prorogationi locus datur. Secundo ampliatur nostri text. conclusio, vt procedat etiam si ta
83 lis appellans esset minor viginti quinque annorum † adhuc non restituatur aduersus lapsum horum triginta dierum, tū quia nullum damnum minori obuenit, quoniam si iudex à quo, eum sua sententia damnificauit. contra eum dirigere potest actiones suas & ideo minori, neque Ecclesiæ, neque cuilibet vniuersitati, aut Reipub. concedetur talis restitutio, vt notant Cardin. in Clem. 1. fol. 10. de in integr. restit. & Ias. & alij relati & secuti per Auen. d. Respon. 26. num. 5. & Auiles vbi supra num. 12. fol. 290. & nouissimè post hæc conciuis meus Doctor Guterrius in suo titu. de iurament. confirmat. 3. par. cap. 5. nu. 17. & 18. Item & tertio ampliatur nostri tex. dispositio, vt his diebus triginta elapsis non possint ipsi iudices aliquam ex partibus litigantibus interrogare super aliqua re, articulo, vel positione, nisi esset interrogatio facienda ad declarationem actorum dubiorum, vel dictorum, depositionumque testium in causa examinatorum, secundum magis communem & sustentabiliorem opinionem, assertam per Ripā in. c. 1. nu. 21. extra de iud. quanuis in practica pluries contrarium
84 vidi fieri, faciendo partes iurare de calumnia †, quod æquum esse iudico, ad elucidandam veritatem, præsertim cum nulla alia re maneat proferenda sententia, vt in alio proposito simili considerant Couar. & Suarez infrà proximè allegandi, & quia ex magna æquitate post conclusum in causa fieri possunt positiones & par
85 tes compelli, eis iurare & declarare †, prout iudici melius visum fuerit secundum Angel. in. l. sed & si restituatur. §. 1. ff. de iudi. & Menoch. eum & alios referentem de arbit. iud. lib. 1. q. 35. nu. fin. Itidem & quarto ampliatur, vt scilicet lapsis his triginta diebus,
86 nulla exceptio etiam peremptoria allegari possit †, ex communi asser-

asserta,per Couar.in pract.c.26.nu.2.in fin.nam cum nulla instātia remaneat Decuriones ipsi non sunt iudices vt possint terminum instantię prorogare,secundum Couar.vbi supra,& Suarez allegat.5.pagi.pen. in fine.sed tantum vt teneantur infra decem dies sequentes,lapsis triginta,causam determinare, quod secus in superioribus iudicibus esset dicendum,qui quidem possunt cōclusionem reuocare,neque habent terminum ad sententiādum statutum,& in his loquitur Suarez vbi supra.Secus vero in inferioribus,prout sunt isti iudices,*de Regimiento*,qui quidem tenentur ad vnguē iura seruare,vt diximus in.l.2.in glo.*fincar.* in princ. tit.7.supra isto lib. & ideo lapso trigesimo die nihil amplius possunt,quàm causam determinare intra alios decem dies à lege nostra statutos, tentari tamen posset, quòd si facto aduersarij,quis impediretur,vt nō posset de iustitia sua in causa illa ostēdere, intra hos triginta dies,tempus impedimenti non curreret, & sic tātundem temporis esset ei cōcedendū †,vt intra illud posset pars 87
impedita facto aduersarij allegare,probare,& concludere,secūdum Catald.in tract.syndicatus.q.75.n.44.&.45.fol.20.in paruis & Parid.de Put.in eod.tract.synd.verb.instantia syndicatus.c.4. & Bald.& eius additio.in authen.clericus.n.9.C.de episcopis& cleri.Tunc enim non prorogatur instantia, sed impeditur curre re per tempus impedimēti,ne forte sit in potestate,partiū impedimētis & occasionibus procuratis,aduersariū illudere, & sic ex malitia sua cōmodum reportare,ideo nimirū si durante impedimēto non currat terminus horū triginta dierū,prout & in prima instantia nō currit si testes accusantur de falso secundū Cataldi. vbi sup.q.80.& Parid.vbi supr.in.d.verb. instantia syndicatus.c. 3.n.1.vbi idem etiam esse asserit,si facto iudicis impedimentum procedat,quod vltimum non affirmo, quoniā pars damnificata poterit dānum & interesse à iudice impediente petere, prout in simili probatur ex tex.in.l.2.infra isto tit.& lib.& ibidē dicemus Deo volente in glo.fi.& hæc poterit esse prima limitatio ad nostrum tex.Secunda vero limitatio erit vt non procedat quotiescunque testes examinādi in hac secuuda instantia sunt absentes in partibus remotis †,ita quod in termino horum triginta dierū 88
examinari non possint,tunc enim sunt assignādi termini competētes pro eorum examinatione & præsentatione depositionum eorū,& interim est in pendenti terminus triginta dierum & nō currit,prout in nostris terminis,tenēt Bald.Ioan.And.& Cynus

relati & secuti per Auiles in dict. c. 49. secretæ syndica. verbo, *Condenar.* n.6.fol.289.& Ferrara in sua practica in forma productionis instrumen.glo. i. fol. 60. & Abbas relatus & secutus per Cassiador. decisione. 9. de appellationibus. num. 9. & Paris de Put.dict.cap.4.nume.3.& in cap.6.num.1.in medio.fol.mihi 271. & Cataldin. vbi supra, quæstio. 78. num. 45. & Amadæus de syndicat.num.75.& Ioannes de Amicis consilio.6.nume. 10. relatus & sequutus per Asiniũ in.§.2.c.2.n.26.&. 27.& faciunt, quæ diximus in.l.3.in glo. *De la mitad.* tit.8. supra isto lib.& quæ tradit Suarez allegatio.5.pag. fi. in princ. & nouissimè post hæc refert hanc opinionem Doctor Guterrius in suo tracta. de Iuramento confir.c.5.nu.16. & horum ratio est, secundum supradictos, quia terminus debet recipere interpretationem à iure, vide licet si causa illa intra illum terminum expediri potest, quod de commoda & possibili iuxta materiam subiectam expeditione ci uiliter accipiendum est, data competente dilatione nè probatio num necessarium copia & facultas subtrahatur aut coarctetur, & tunc inquit Ferrara vbi supra, debet prius pars petẽs dilationem hanc iurare, quod nõ petit ex malitia, im o ego tunc etiam iurare facerem, si ita esset, quod de nouo testes illi ad suã notitiam peruenerunt, & vlterius iuberem quod præberetur informatio, qua quidem constaret, testes illos illius negotij notitiam habuisse, & habere potuisse, & pœnam imponerem si non probaretur intentio per partem talem terminum petentem, secundum quod in termino vltramarino dispositũ est per text. in.l.1.tit.8.supra isto lib.4.nè partes malitiosè lites vellent prorogare: & quanuis quo ad nostri text. propositum vera hæc esset iudicanda doctrina, eò quod dies ij triginta nostri text. liti & non iurisdictioni per textum nostrum videtur assignati, quo casu doctrina hæc procedit, secundum Parid.de Puteo, in dict.cap.4.num.3. secũdum quam declarationem posset intelligi regula proposita per Roma.consil.226.num. 2. quæ contraria huic nostræ videbatur, vt nostræ doctrinæ nihil obstaret, vel quod Romanus ibi loquitur in causis summarijs, non vero in ordinarijs, tamen quia causæ istæ decem mille morapetinorum sunt leues, & non graues lexque Regni tunc concedi iubet terminum vltramarinum vel extra Regnum, quoties causæ graues sunt, doctrina supradicta quoad nostrum textum procedere non poterit, neque in practica obtinebitur secundum eam: prout post hæc nouissimè vidi considera-

tum

tum per conciuem & doctum admodum intimumque sodalem & amicum Doctorem Gutierrez cathedralis Ciuitatensis Ecclesiæ canoniam doctoralem obtinentem & merito in suo perutili tractatu de Iuramento confirm.3.part.cap.5.num.16. & sic neque procedet eodem modo doctrina Auiles vbi supra cum Abb. per eum relato, dicentis quod si pendente quæstione coram laico excipiatur quod instrumentum est vsurarium vel de defectu natalium, & sic actus ille incidens remittitur ad ecclesiasticum, per quem fit inhibitio seculari, vt interim nō procedat in negotio principali, eo quòd de articulo illo coram ipso ecclesiastico inhibente disceptatur, prout notatur in cap.tuam.de ordine cognitio. quod si interim labatur terminus instantiæ nostri text. vel remaneat ita modicum tempus intra quod diffiniri non possit, quod potest tunc causa post terminum determinari, prout & tenet Cataldinus de syndicatu. num. 44. fol. 20. Hæc enim doctrina quamuis in se verissima sit, quoad nostrum tamen text. difficulter practicari poterit, non enim fiet remissio, sed super principali sententiabitur ne instantia labatur, præstita cautione † 89
quod si in iudicio Ecclesiastico petatur, & declaretur contractus vsurarius, vel adesse natalium defectum restituetur, quod virtute sententiæ *de Regimiento*, iubetur solui, quæ notanda, & quia singularia & cum in practica obuenerit, maturè cogitanda. Vlterius notandum est quod tenetur appellans libellum grauaminum præsentare in tali die † horum triginta dierum, in quo pars 90
appellata possit respondere, allegare, & probare suam intentionem, si necessaria fuerit probatio alias enim si expectaret appellans vsque ad vltimum triginta dierum, quoniam tunc malitiose videtur id fecisse, ne pars appellata contra ipsum allegare & probare posset, ex dictis per gloss. *Ouo*. in.l.2.titulo.7. partita.3. parsque ipsa appellata allegaret & opponeret de tali fraude & malitia & proferret in medium causas tales, ad quarum probationem si terminum habuisset ipse appellatus, excluderet intentionem appellantis, & iuraret insuper quod si terminum haberet competentem probaret causas illas, tunc vtique absoluerem eum ab obseruatione iudicij, si sententia veniebat reuocanda, vt partibus ius suum saluum remaneret denuò prosequendi litem, & allegandi & probandi de eorum intentione, & iustitia, prout in gloss. *Quede firme*, infra hac.l.iterum, & latius repetemus, imputet enim sibi appellās, qui ita se adstringit in termino,

aduersarium ecluderet ab intentionis suæ probatione, terminusque in quo appellatus possit præuenire appellantem, in tam paruo temporis spatio, triginta scilicet dierum diffiniri non potest, prout in spatio fatalis anni potest appellatus præuentio-
91 nem hanc facere contra appellantem †, vt patet ex dictis per Do ctô.in cap.oblatæ.& in cap.personas.extra de appellationib. vbi Decius, num. fin. communem in hoc opinionem annectit, & Lanfrancus in cap.quoniam contra.num. 53. sub tit. de appellationibus.extra de probationib. & per decisio, Capell. Tolosanæ 251. & ibi eius additionator, si tamē appellatus nō allegaret causas iuridicas, quibus probatis intentio appellantis non excluderetur, neque dictum iuramentum faceret appellatus, tunc vtiq; super iustitia causæ pronuntiarem; potuit enim appellans terminum appellationis sibi restringere, secundum tex. vbi Decius num. 5. in dict. cap. *Personas.* & tunc appellato præiudicabit non alleganti causas iuridicas, & tales, quæ si probatæ fuissent, prout iuramento affirmat, se probaturum, si tempus habuisset probandi appellantis intentionem excluderent, quæ quidem notanda sunt quoad nostræ legis terminos, & in contingentia facti latius consideranda inspectis qualitatibus litigantium, & meritis processus, & causis allegatis, an nouæ sint, vel iam in prima instantia allegatæ & nō probatæ, vel si præuenire potuit appellatus appellantem, & noluit, imputet enim sibi tūc appellatus, qui cum præuenire potuit, noluit, ex dictis per Ias. in c. cum stipulatus sim mihi à Proculo. in princ. ff. de verb. oblig. & Cardin. in Clemen. sicut. q. 3. de appell. & quod tempus dicatur modicum ad prosequēdam appellationem, vt appellatus possit instare, causam diffiniri, vide Menoch. de arbitrar. iudi. centuria. 5. casu. 446. Notandum tamen est, quod si iustitia partis periret ob non examinatum testem post hos triginta dies ante sententiam, vtique debe-
92 ret examinari †, ne quis propter tēporis momētum perderet ius suum irremediabiliter, vt notatur in. l. 1. §. fin. ff. si quis ius dicenti non obtemp. & notat Bald. in. l. ea quæ. nu. 5. C. quomodo & quando iud. & faciunt dicta per Suarez allegatione. 5. relatum per Couar. in practicis quæst. cap. 26. n. 2. ad fin. quemadmodum & post conclusionem in causa admittuntur instrumēta, absq; restitutione, vel iuramento, quoties tota lis diffinienda est, neque amplius est locus appellationi, vel suspicioni, vt inquit Couar. vbi suprà. c. 20. ad fin. sic dicens vidisse decisum in cancellaria, &

post

post hæc vidi Asinium in pract. §. 23. limitatione. 1. n. 2. 3. & . 4. sic
in simili asserentem & nu. 7. id iudicẽ ex officio facere posse.
Ibi, [*Desde el dia que passare el quinto dia.*] Quid tamen si pars
ante hunc diem quintum appellet, current nè tunc triginta dies
nostri text. à die appellationis, in hoc per Doctores & in facti
contingentia in varias itum est sentẽtias, quidam enim asserunt
lapso quinto die currere quantũcunq; ante appelletur, alij verò à
die appellationis, alij vero concordabãt has opiniones hoc vide
licet modo, quod si intra quinq; dies appellabat, & nõ se præsen-
tabat in cõsistorio his eis elapsis tunc à die appellationis curre-
re triginta dies, sin vero appellabat & in simul se appellans præ-
sentabat intra hos quinq; dies appellatiõi cõstitutos, currere tũc
triginta dies lapso quinto appellationi constituto die asserebant
fundantes se ex verbis nostri text. ibi, *En que pudo appellar y presen
tarse*, & videbatur non incongrua concordia, mihi tamen sem-
per placuit opinio secunda, quod scilicet indistinctè currunt tri-
ginta dies à die appellationis interpositæ † nam cum ij quinque 93
in fauorem appellantis sint constituti, potuit optimè dilationi &
sic fauori suo renunciare, & renunciasse cẽsendum est dũ ritè &
rectè intra hos quinq; dies appellauit, & per consequens ex tunc
currere hos triginta dies instantiæ cõstitutos, quam opinionem
in propositũ nostri text. tenet Paul. Castr. in l. hæres. la. 2. nu. 7.
ff. de acquir. hæred. & idem Paul. Felin. & Bald. relati & sequuti
per Auiles dict. cap. 49. secretæ syndic. gloss. *Condenar.* fol. 290.
num. 15. & refert Tiraquel. in de cessante causa, regul. 1. num. 80.
& cõmunem hanc testatur Anto. Gomez tom. 2. cap. 2. nu. 35.
in medio. & eam vt veriorẽ cum Paulo, cõtra Alexand. & Cor.
tenet Peralta in. l. statu liberũ. §. Stichum. num. 4. col. 8. fol. 153.
de legat. 2. & pro hac opinione vltra eos considero optimam ra
tionem, scilicet, quoniam cum terminus iste horum triginta die
rum in causis ijs decem mille morapetinorum successerit loco
anni fatalis ante legem secundam assignati, prout in instantia
abbreuiata regulare est, secundũ Auenda. Respo. 2. n. 6. & in an-
no fatali habemus, quod currit annus ipse à die interpositę appel
lationis, secundum tex. in l. 2. infra isto tit. & lib. meritò idem di
cendum in nostro casu, cum de subrogante idem quod de subro
gato dicẽdum sit, instãtiaq; appellationis à die interpositæ appel
lationis labitur, ex tex. in Clem. sicut. de appellationib. allegato
ad hoc per Hypolyt. relatum per Asinium in practi. §. 1. cap. 1.

nu.6.neque huic opinioni obstant verba hæc nostri tex. *Desde el el dia que passare el quinto dia*: nam si vlterius processeris, dum dicit tex. *En que se pudo appellar, y presentar*. Responsum patebit, ponderando verbum illud, *Pudo*, quod potentiam & voluntatem significat, quasi pars potuerit in vltimo mométo horum quinque dierum appellare, prout communiter fieri solet, idque lex nostra respexit, vt inquit Cast. in.l.fi.C.qui admitti. & vbi sup. quoniam ad ea quæ communiter accidunt iura adaptantur. l. nam ad ea. ff. de legibus. sed si pars voluerit antè appellare possit, & ex tunc dies triginta curret, quemadmodũ in anno fatali, dispositũ reperimus, & ideo pars appellãs ad hęc aduertere debet, ne fortè tẽpus labatur, & firma remaneat sententia, prout nouissimè tenet in iis terminis, Mexia in.l: *De Toledo*, in.2. fundamento.1. partis.n.51. vbi supra dictam opinionem Pauli Cast. communẽ etiã esse attestatur, tentat tamẽ ipse Mexias, ibidẽ dicere, quod si modicũ tẽpus esset lapsum triginta dierũ habito respectu ad dictum

cursum eorum, & remaneat pars appellãs in damno, & appellata cum lucro, in lapsu modici huius temporis non esset insistendum, sed iustitia seruanda, & super meritis causę pronuntiandũ, licet sibi hoc displicere asserat, prout rerẽta dicta communi opinione, quæ semper seruanda est præsertim per iudices inferiores etiam nihil displicet hæc vltima consideratio.

Ibi. *Despues de otros diez dias*. Intellige immediatè sequentes post lapsum triginta dierum nostri tex. vt ex eius verbis patet ibi, *Primeros siguiẽtes*: iunctis verbis, *otros diez dias*, quę quidem dictio, *otros*, est repetitiua similiũ, ita quod quemadmodum triginta illi dies, dixit lex nostra, vt essent immediatè sequentes post lapsum quinque dierum ad appellandum assignatorũ, ita & eodẽ modo decẽ ij dies Decurionibus assignati ad sententiandũ, sint immediatè sequentes post triginta eorum dierũ lapsum, prout practica cõmuniter receptũ est, & in propositũ considerauit Auend. Resp.26.n.3. in princ. vbi cũ pluribus sequentibus, plura in horũ verborũ exornationẽ declarat, & annectit. Ex quibus ipse ibidẽ infert, in versic. & ex dictis verbis, quod tẽpus horũ decem dierũ est tẽpus datum, tã iudicibus, quã iurisdictioni, quibus decem diebus lapsis, hac de causa, nihil possunt amplius iudices illi de processu illo cognoscere, neque iudicare, ita quod si post lapsum horũ decẽ dierũ sentẽtia Decuriones negotiũ illud terminauerint

talis sentẽtia erit nulla tanquã à non iudice lata †, expirauit enim

corum

corũ iurisdictio per lapsum illorũ decem dierũ, secundũ Abbã. & eius additio. in. c. de causis. n. 1. de offic. delega. & hoc est cõmunius secundũ eundẽ. Abb. in. c. venerabilis. n. 16. de iudicijs. & tenet Paul. Cast. consi. 184. videtur dicendũ. vol. 1. & tenet Auiles, in. d. c. 49. secretæ syndi. verb. *Condenar*. n. 5. fol. 290. & glossator Salmantinus, hic col. 1296. in prin. lib. 4. ordin. & ex tex. nostro, si bene eius verba ponderentur probatur, & clarius ex. l. 4. tit. 26. par. 3. Adeò vt neque ex partium consensu lapsis ijs decem diebus pronuntiare possint iudices ij, saltim vt valeat & effectum sententiæ habeat, prout tenet Auiles, vbi supra, & Didac. Perez in rubr. tit. 1. lib. 3. ord. col. 737. iterum in. d. col. 1296. & Auend. d. Respon. 26. nu. 10. & alibi diximus latius, & est ratio, quoniam tempus ad litem finiendam assignatum prorogari non potest etiam ex partium consensu, prout communem testatur idem Didac. Perez in. l. 2. tit. 4. lib. 3. ordin. col. 885. in fine. qui & in dict. tit. eiusdem lib. col. 735. in medio in versi. amplia etiam, inquit quod etiam sententiã in Consistorio principis latã potest terminum erit nulla neque restitutio † minoribus concedetur aduer 95 sus huius termini lapsum prout in hac diximus lege, & tradit Auend. vbi supra, nu. 4. & 5. vbi inquit idem esse, etiam partibus nihil opponentibus neque secundum eum ibi obstat, quod lex nostra pœnam his iudicibus imponat non pronuntiãtibus in termino horum decem dierum, quasi lex nostra pœna hac se contẽtans, validam reddat sententiam post hos dies latam, nam hoc esset verum & procederet, si essemus in dubio tempus hoc ad finiendam causam esse datum, & concessum instantiæ nec nè, sed hoc cum indubitatum sit, ideò quamuis lex nostra pœnam impo- nat, non ex hoc vult validare sententiam post terminum latam, idque clarius ex verbis nostri tex. colligitur, disponentibus partem damnificatam consecuturam interesse ab ipsis Decurionibus negligentibus in termino pronuntiare, quod ex alia ratione non procedit quàm quod sententia talis nulla est, & nullius momenti. Qua tamen cautela vti † poterunt iudices ij, qui miserũt 96 foras processum, & labitur tempus decem dierum, & non mittitur sentẽtia neque processus, vt pœnam nostri text. euitẽt, in hoc Ias. in. l. admonendi in lectura. n. 26. de iureiurã. & Auiles vbi supra, inquiunt remedium esse, vt condemnent reum si actor probauit intentionem, sin minus absoluãt eum, aliam cautelam assignat Ferratius, relatus per Auiles vbi supra, quam & posuit Pa-

petemus, possunt ipsi Decuriones ipsius sententiæ executioni adsistere in simul cum ipso iudice à quo, prout ex verbis finalibus nostri tex. patet, ibi, *Mandamos a los dichos juezes, que despues de dada la dicha sentencia y pronunciada en Regimiento la executen luego*, & faciunt dicta per nos in.l.6.supra tit.proximo: neque obstat quod iam videtur officium mercenarium extinctũ actioni deseruiens, ex.l.posteaquam.ff.de re iud.quia licet sit extinctum, durat tamẽ officium nobile, secundũ Bart.ibi & quoad executionem sententiæ non procedit illa lex, iudex posteaquam, secundũ Alexan. ibi nu.5.& hac de causa in hac Regia Recopilatione, non reperimus in scriptam pragmaticam antiquam.10.factam in curijs *De Valladolid* anno.1537.Iudici à quo imponens onus exequendi sententiam dictorum Decurionum, quantumuis ei non adhæserit, de qua pragmatica meminit Auiles vbi supra.n.fi.quæ quidem Pragmatica cum in lege hac transcripta non reperiatur, legi nostræ standum est ipsos Decuriones executores etiam suæ sententiæ facienti, qui quidem & iudices ad hoc remanebunt, si in sentẽtia, prout quotidie fit, executionẽ eius iudici à quo nõ remiserint, & quia cũ ordinarij iudices Decuriones ipsi sint, prout in hac lege dictum remanet, ordinarij † sententiã suã exequũtur, secundum 99
Lanfran.in.c.quoniã cõtra.tit.de interlocut.& appel.n.36.& sic cessant ijs attentis ea quæ in contrarium adducebat Auiles vbi supra.n.fi.& faciunt quę diximus in.d.l.6.& in.l.1.tit.16.suprà isto eo.lib.& sic poterunt de nullitate suæ sententiæ cum ordinario ipso cũ quo executio facienda est, si per eos ipsi ordinario nõ remittatur executio, cognoscere, & iudicare, vt diximus in.l.1.gl.1.tit.supra proximi, verũ tamẽ est, vt ad priora redeamus, quod quantumuis Decuriones ipsi vel assessor eorum cũ iudice à quo merita processus non cõmunicauerint, non erit ex hoc nulla eorũ sentia, nõ enim reperio tex.hoc requirentem de necessitate, sed tantum quod tenentur insimul pronũtiare cum iudice à quo vel coram, eo & non vnus absente alio, & tunc valebit votũ dictorum, secundum text.nostrũ, qui hoc vult dicere, in ijs verbis, & tex.in.l.duo iudices.& in.l.duo ex tribus.ff.de re iudi.&.l.17.tit.22.par.3.& Anto.Gomez.l.38.Taur.n.2.&.3.tunc valet sententia maioris partis, vel eius, cuius declarat lex.

Ibi [*Den y pronuncien sententia.*] Sed an à sententia tali poterit agi de nullitate, & dicendum est quod sic, quoniã licet appellatio illius sentẽtiæ Decurionũ non spectetur, neq; locũ habeat, V

non vt pro

vt probat text.hic ibi, in appellatione in supplicatione, nullitas
100 tamen remota, † non cēsetur ex gl.in Clem. vnica.de seq.poss. & Deci.consil.360.n.1.& Hippo.singu.10.quos referens sequitur Didac.Perez.hic sub.l.6.tit.16.libr.3.Ordi.col.1295. & quomodo agetur tunc de nullitate, diximus in.l.2.supra titul. proximo, sed an ad sentētiam audiēdam citādæ † sunt partes, & videtur ꝙ sic, quoniā regulare est, ex.l.de vnoquoq;. ff. de re iud.sed si partes, vel procurator præsentes fuerint pronuntiationi, tunc nulla requiritur citatio, ex.d.l.de vnoquoq;.& l.idem proferre. §.si quis.ff.de arbit.not.Ias.in.l.1.nu.7. ff.de in ius vocan.si tamē
101

102 tempus instantiæ præfixum sit, & in fine † temporis pronuncietur, nulla est necessaria citatio, iuxta in propositum tradita per Paul. Castr. l. admonendi. nu. 34. ff. de iure iurand. & Deci.in cap.super eo. el.2. nu.2 de appel.& Cœpola caut.64.quoniam tunc terminus pro homine interpellat, & sic communi practi. omnium consensu receptum videmus, quod tunc nulla citatio ad pronuntiationem sententiæ requiritur, nam quasi communiter in fine termini pronuntiatur per Rectores hos.

x Ibi [*Añadiendo, o menguando.*] Ex ijs verbis reprobatur quorundam pertinacium hominū opinio asserētium Decuriones hos in iudices electos non posse amplius & aliud facere quam reuocare, vel cōfirmare sententiam iudicis à quo, non verò addere, minuere vel reformare, nā certè falsissimū est hoc, & cōtra expressa verba nostri text. & cōtra tex.in.l.7.tit.supra proximū, ibi me
103 iore, *El juyzio*, & quia de iure iudex ad quem, potest reformare † sentētiam iudicis à quo, in totum, vel in partē addendo vel diminuendo, vel reseruādo etiam si non petatur, secūdum Abb.in.c. Raynutius.nu.10.de testam.vbi.n.2.inquit ꝙ vbicunq; ex deductis in iudicio potest parti aliquod ius cōpetere, super illo pronūtiare tenetur ex officio, etiā si pars illud ignoraret, & idē Abb.in c.cum causa.col.2.in fi.de re iud.Bart.in.l.si expressim. ff.de appella.debet enim iudex appellationis dicere benè, vel malè iudicatū, benè aut malè appellatū.l.Æmilius .ff.de minorib.vel emēdamus iudiciū.l.item quāuis, ibi sed prætor interueniat, & rem emēdabit.ff.cōmuni diuidid.c.si Episcopus forte.2.q.3.c.pastoralis.in prin.eod.titu.& sic poterit iudex appellationis addere, seu remouere, & corrigere, vel sentētiam iustam, vel iniustā pronūtiare.l.fi.ff.de re iud.l.eos.C.de appel.imò si actor succubuerit & de nouo probauerit ius suum, debet iudex appellatiōis eo id casu

non

non solum proferre benè appellatū, sed etiam debet cōdemnare †, reum actori, secundum Barto.in.l.cum apud.ff.iudic.solui, 104
Abba.in.c.cum causam.col.3.de iudi. & sic vbi ista verba, benè vel malè iudicatum non possunt in totum satisfacere, tūc iudex appellationis addere debet, & id facere, quod primus iudex facere debebat, vt asserunt Panorm. & Felin.in.c.cum causa.de re iudi.& sentētiam incertam sine quantitate, nō solum iudex declarare † debet, sed etiam reformare, & emendare reum cōdēnando in certa quantitate.l.fi.vbi Bald.C.de sentent.quæ sine certa quanti.Doct.in.§.curare.Institut.de actionib. imo si ex nouiter productis malè iudicatum pronunciet, hoc debet exprimere, vt honor iudicis à quo seruetur. c.vt debitus honor. de appellatio. docet Lanfranc.in.c.quoniam.verbo, Interlocutionis. colum. penult.de probat.Item si appellatio sit deserta.debet iudex eam desertam pronunciare †, non autem bene, vel malè iudicatum, 106
secundum Baldum consi.130.volu.1.per.l.si præses. C.quomodo & quando iudex.prout & hæc & alia in hac materia adducit, Rebuff.in.3.tomo.constit.Franciæ, titu. de appellationib. artic.12. per totum, & sic inquit Bald.in.c.fraternitas.col.2.de testib.relatus & secutus per Rebuff. eundem vbi supra, artic. fin. nu.33. quod appellatio habet † quatuor naturas; supplendi scilicet, vt 107
l.per hanc.C.de appellationib.& sic iudex appellationis potest supplere in causa, quæ venit ad priorem coadiuuandam.l. Titianus.ff.quod cum eo, secus si veniret ad omnino nouam petitionem, secundum Bald.in.l.fin.C.quando probare non est neces. Emendandi.l.1.ff.de appella. Felin. cap.cum causa.colum.2.de re iudi.confirmandi naturam habet, vt.l.eos.in princ. C. de appellationib.& in tit.de conf. vti. discernendi. vt.l.1. C. quando prob.non est neces.habet etiam, secundum Rebuff.dict.art.fin. nu.37.vltra Bald.naturam diuidēdi, quia pro parte potest, iudex appellationis confirmare, & infirmare sentētiam. c. Raynucius. cap.Raynaldus.de testam.l.Cornelia.ff.de iure patrona. Annullandi etiam naturam habet.l.quædam mulier.ff.familiæ hercisc. & etiam procedendi lite non contestata inter absentes. l. fin. §. illud.C.de temp.appel.& videtur itidem habere hanc naturam, quod vno condemnatorum appellante vterque videtur appellare, quatenus sententia contra se facit. l. ampliorem. in princip. C.de appellationib.licet non seruetur in Francia, vt inquit Rebuff.d.art.fi.n.40.prout & alibi diximus, & sic opinio supradicta

asserens

afferens non poffe iudices addere vel minuere vel reformare,in gradu appellationis,refutata remanet.

y Ibi [*Appellacion , ni fupplicacion.*] Nullitas tamen non cenfetur exclufa,vt fupra proximè diximus fuper verbo, *Deny pronuncien*, neque obftat fi quis dixerit obftare. l. 4. fupra tit. proximo, vbi probatur,quod vbicunque remouetur per legem appellatio, vel fupplicatio,nullitas etiam cenfetur fublata,quoniã lex illa.4. loquitur & procedit quoad fententias prolatas per fuperiores,vt ibidem dixi,vel non procedit lex illa,in cafibus fpecialibus aliud difponẽtibus, prout in noftro,per text.in præfenti fpecialiter difponitur,& eft vnus optimus cafus pro limitatione.dict.l.4.& ibi alios afsignauimus in quibus non procedit.

z Ibi, [*Y efto fe entienda.*] Verficulus hic limitatiuus eft difpofitionis noftri tex.fcilicet,vt non procedat text.nofter,quoties locus ille vbi lis fimilis difcutitur , octo tantum leucas diftat ab aliqua ex Regijs cancellarijs, tunc etiam quantũuis valor caufæ & æftimatio fummam noftri text.non excedat, eft ad cãcellariam appellandum,non vero ad loci Confiftoriũ, & faciũt hæc ad ea, quæ diximus in glo. *Acoftumbraryr,* quod tamẽ mederi deberet, effet enim exonerare cancellariam litibus fimilibus, vbi aliæ grauiores lites funt agitandæ,& partes à moleftijs & expenfis excufare, nullaque in ijs prærogatiuã detraheretur cancellarijs.

aa Ibi, [*Dentro de los dichos cinco dias.*] Intellige fi intra eos pars in confiftorio fe præfentauerit in appellationis gradu,& petierit iudices nominari,prout ex verbis noftri text.patet,ibi, *Fuere requerido,* tunc enim fi non nominentur iudices,incurrent Decuriones pœnam noftri text. & hæc fecundum aliquorum fentẽtiam, ego tamen femper affero & afferui, etiã Decuriones nominantes iudices parti petenti & præfentanti fe in appellationis gradu pœnam noftri text.incurrere,non folũ fi pars appellet & fe præfentet intra hos quinque dies, verum etiam fi dum appellatur in vltimo die quinq; horum dierum eis elapfis in proximo Confiftorio immediatè fequenti fe præfentat,neq; hunc cafum excludit nofter textus, fed potius etiam in eo prouidet,cum in vtroq; cafu militet eadem ratio,neque tenetur pars grauata , vt iam remanet dictum , appellare & fe præfentare in Confiftorio intra hos quinque dies , fi intra illos Confiftorium non congregatur, vel fi congregatur nõdum appellauit vt fe præfentare poffet,fed durante termino horum quinque dierum appellauit in fine eorum,

rum, vt se præsentet in Consistorio primo sequente, erit tamen bona cautela quam seruant aliqui aduocati, licet non iudico esse necessariam, scilicet quia in libello appellationis protestatur appellās se præsentaturū in proximo Cōsistorio sequenti & ex nūc prout ex tunc & è contra se præsentat, & cum ipsamet appellatione vadit cum tabellione & testibus ante portas domus Con- 110
sistorij & petit testimonium quomodo se præsentat ibidem & in proximo Consistorio se præsentabit, & tūc se præsentasset, si concilium esset congregatum: hæc tamen cautela quanuis non fiat non est necessaria, sed vt pœna nostri text. incurratur & præsentatio iuridicè fiat, sufficit si in fine horum quinq; dierū se præsentet in Consistorio primo immediatè sequente, quoniam tūc Decuriones tenentur iudices nominare sub nostri text. pœna.

Ibi [*De priuacion.*] Plures casus vbi priuatio per leges has Regias imponitur tam contra Rectores, quàm tabelliones describemus Deo volente in.l.23.tit.25.infrà isto lib. bb

Ibi [*Determinen la dicha causa.*] Sed an ad eius determinationem debent consulere peritum aliquem, an vero ipsi rectores poterunt absque iuris periti consilio † causam determinare, & dicendum est quod si Rectores ij iuris periti minimè sunt, & causa est intricata & in puncto iuris consistens, tenentur omnino assessorem literatum consulere, eo quod iuris ignarus quanuis iudex esse possit, secundum Felin.in.capit.sciscitatus. verb. illiteratus.de rescript. & Iaf.in.l.certi iuris.num.1.C.de iudicijs, tenetur tamen assessorem requirere †, secundum Bald.in.l. certi iuris.C.de iud.relatum & secutum per Cataldinum in tract. syndicatus.num.157.& secundum Innoc. & alios relatos per Bertachinum in repertorio suo, verb.Consilium.versicul.27.& Iaf.in dict.num.1. Iudex enim imperitus peritos consulere debet ad iudicandum, secundum text.in capi.ad audientiam nostram.de consuet.& text.iunct.glo.in cap.de quibus.20.distin.& in cap. esto.25.distin.tradit Speculator in tit.de requisitione consilij.§. 1.in princip.& Alexand. in additio.ad Bartol.in.l.si iudex.ff.de var.& extra.cognit. vltra quæ iura de iure nostro Regio habes text.in.l.2.& ibi, gloss. *Dene.* in fine. titul.21.partit.3.& text.& ibi gloss.fin.in.l.3.titul.4.partit.3.& gloss. *Leer.* in.l.18.titulo.9. partit.2. probantes imperitum iudicem teneri pro iudicando assessorem requirere literatum, & ideo communiter illum requirunt iudices imperiti, secundum Abba.in.cap.1.num.14.de iud.

(margin: cc beside "Ibi [Determinen…"; 108 beside "poterunt absque iuris periti consilio †"; 109 beside "tur tamen assessorem requirere †")

iud.præſertim ſi ſuper iuris articulo non certo litigetur, quia tūc
abſque dubio debet committi conſilio ſapientis talis articuli diſ-
finitio, argumento à contrario ſenſu in.l.Diuus. ff. de bon.damna.
& tenet Bald.in.l.placet.& ibi eius additionator nu.1. C. de
ſacroſ. eccle. Hoc eſt enim regulare vt in cauſis dubijs imperiti
110 iudices peritorum † conſilia requirant, ſecundum Ang.in.l.dubium.
C.de repudijs.& Innoc.in.c.ſi pro debilitate, in glo.verb.
conſulere.de offi.deleg.& Bald.in.c.iudices.in princ.verſic.ſed
contra hoc.de pace iura.fir.quem & alios allegat Bertachi.vbi ſupra.
verſi.28.& probat optima lex.8.tit.13.libr.8.infra & cum ijs
caſibus ad id iudices imperiti teneātur, ſi nō fecerint acta, & ſentētia
in contrariū lata abſque periti conſilio nulla erit †, ſecun-
111 dum Bald.in cap.1.in fin.extra de re iud.relatum & ſecutum per
Rebuff.in.1.tomo conſti.Franciæ.titul.de ſententijs executo.artic.
1.gloſſ.18.num.6.& Amodæum in tract.ſyndicatus.n.126.&
Suarez in titu.*de las deudas*.§.ſi.fol.58.in antiqua impreſsione, &
Paridem de puteo, in tracta.ſyndicatus, verbo, conſilium.cap.4.
num.2.fol.205.in paruis.& Bartol.ante eos.in.l.1.§.ſi plures.nu.
12.ff.de exercit.acti.& Felin.in capit.ex parte.num.1.cum pluribus
ſequentibus.de conſti. quod fortius & clarius procedit attēta
communi & generali conſuetudine, qua habetur, ſecundum
Abbat.in cap.1.num.14.de iudi.vt imperiti iudices pro cauſæ determinatione
peritum requirant, & conſulant, & facit ius talis
112 conſuetudo † & ſeruanda eſt, ſecundum Felinum in dict. capit.
ſciſcitatus.verb.illiteratus.num.10.verſi. quando autem.de reſcrip.
& Menoch.de arbitra.iud.libr.1.quæſt.23. nu.fin.Imo non
ſolū poteſt hoc conſuetudine induci, verum etiam quod teneantur
113 tur tale † conſilium ſequi, prout communem teſtatur opinionē
Additio.Bartol.in dict.§.ſi plures.nu.12.& ideo cum neceſſe fuerit
agere de nullitate ob hanc cauſam alicuius ſententię horum
imperitorum iudicum, conſuetudinem articulabis & probabis:
ex quibus inquit optimè Alexand.in.l.ſi conuenerit. num. 11.ff.
de re iudi.quod eo ipſo quod ſtatutum committit cauſam iudicibus
imperitis, videtur eſſe intentionis ipſius ſtatuti, quod iudices
114 ij teneantur ſequi conſilium † periti, & tenet Deci.conſi.7.n.6.
& ſic cum lex noſtra Rectoribus, qui à communiter accidentibus
imperiti literarum ſunt, cauſas decidendas in appellationis
inſtantia committat, videtur eſſe ſuæ intentionis, & iubere vt peritorum
conſiliū teneantur requirere & illud ſequi: & ex ijs de-
claran-

clarandum est dictum † Abb. in capit. 1. nu. 7. de consanguin. & affinit. dicentis, quod si iudex imperitus sententiauit perito non consulto valet sententia, licet peccet, nam id verum intelligerem quoties lege, statuto, aut consuetudine, non est necesse peritorum consilium requirere, vel quoties (lege statuto, aut consuetudine, id non requirentibus) causa est clara, & in facto & nõ in iure consistens, & secundum ius determinata est, tunc enim valeret sententia illa, secundum Parid. Puteum in dict. cap. 4. nu. 4. fol. 205. in paruis, & Bertach. alios referentem, dict. verb. consilium. versicul. 39. Itidemque si de iure statuto, aut consuetudine, consilium peritorum erat requirendum, nam tunc & sequendum etiam † erit, secundum Felinum in dicto capit. sciscitatus: 116
& Alexand. in dict. l. si conuenerit. num. 2. & Asini. in practic. §. 25. capit. 10. limitat. 3. vbi per totum illud capit. nouissimè per eum vidi post hæc tractatum: de quo recurrendum esse ad consilium Cuman. 55. testatur Cassanæus in consuetud. Burgund. Rubric. 4. §. 7. Le mary & le femme. in tex. si aut est du consent. nu. 29. 30. & 31. quando consulti sunt contrarij quid faciendum, & num. 34. ante teneatur iudex ex mala consultoris sententia, de quo per Decium. l. consilij non fraudulenti. ff. de regul. iur. & hac de causa Inquisitores hæreticæ prauitatis consultorum consilium tenentur sequi, quia de iure illud requirere debent, vt nouissimè tradit Rojas in tract. de hæreticis. 1. part. num. 413. cum pluribus sequentibus vbi nu. 424. inquit quod tenebuntur ipsi hę resum Inquisitores si consilium consultorum malum fuerit, de quo optimè discutitur per Simancas de, institut. Cathol. cap. 41. n. 14. vbi veritatem determinant, & in nostro proposito an ij Rectores imperiti teneantur de malo consilio † assessoris periti, vide optimè Alexand. consi. 19. nu. 14. & 15. lib. 7. & Auiles. cap. 1. 117
Prætorum, gloss. *A las partes.* nume. 21. & 22. & Asinium in dict. pract. §. 32. cap. 2. amplia. 39. num. 3. cum tribus sequentibus. fol. 202. & Burgos de Paz in procemio legum Tauri. num. 191. cum quatuor sequentibus, vbi num. 196. & 197. quęrit an ipse consultor † tenebitur iudici consulenti per partem contra quam con- 118
suluit, vide Decium consi. 8. nu. 6. & secundum supradicta declarabis per Catald. asserta, de syndicatu. nume. 164. & Amadæum de syndicatu. nu. 124. & Parid. vbi supra, capi. 3. & Bald. de syndicatu. quæst. 31. & Alexand. & Doct. in d. l. si conuenerit. & Abb. in cap. cum in veteri. de electione. num. 12. per totum. & nu. 13.

ponit quæstionem. Est tamen verum quod si iudices imperiti, pronuntiarent sine periti consilio, sententia tamē esset iusta, & secundum ius, prout multoties imperiti determinant, tūc non annullarem eam, sed validam declararē, vel saltim si nullam pronū tiarem, in eadem sententia idem iuberem fieri, vt inquit Puteus vbi supra.d.c.4.nu.3. quæ omnia notanda sunt, quia noua & singularia; & vide Albertum de Ramponibus in tract. de cōsilijs habendis per officiales & assessores col.2. inter Bart. tractatus.

dd Ibi [*Para la parte.*] Videntur verba hæc superflua, nam cui potius quam parti læsæ esset pœna applicanda, quoties enim pars læ
119 ditur pœna imposita ob hanc causam in dubio parti † læsæ applicata censetur, secūdum quod diximus in.l.4.tit.7.supra hoc libr. ex glo.communiter approbata.l.si pater.C.de hered.instit.teste Baeça de non melior.filiabus.c.36.nu.10. superfluitatem tamen euitabis, si Iurisconsultum nostrum ita processisse asseras, vt omnem dubitandi occasionem tolleret eorum, quæ in contrarium adduci possent, si sic non declararet.

ee Ibi [*Que sobre ello requiriere,*] Regulare enim hoc est, vt ad incurrendam pœnam, si aliquid factum non fuerit, impositam, ne-
120 cesse sit quod præcedat monitio & requisitio partis † in cuius imponitur fauorem, vt probat.l.fi. C.vt infra certum tempus quæstio crim.termi. quam adhoc plures ita tenentes allegando, notant Alexand.in.l.properandum in princ.nu.8.C.de iud. & Ias. in.l.vniuersa.C.de prec.imp.off. Felinus in cap.fin.autem.de rescrip. Ias.in lectura.l.admonendi.n.15.cum.6.sequentibus.ff. de iure iuran. Cœpola cautel.236. Anto. Gomez, tomo.3. Variarum cap.9.num.9.late. Hippolyt.in practi.§. nunc videndum. nu.4.cum sequentibus aliquibus, & faciunt dicta per conciuem meum Guterrium in repetitione.l.nemo potest.nu.439.cū seq. de legat.1.& in nostræ.l.propositum tenet Didac. Perez in præsenti.col.1295.& latius in.l.1.tit.15.lib.3.ordi.col.1273. cum sequen.& iterum in.l.fin.tit.11.eod.lib.3.& Villalobos in Ærario mille com.opin.litera.A.num.150.sic declarando Bald. in.l.1.§. sciendum.ff.de magist.conueni.& Ripa.l.4.§.hoc autem iudicium.num.6.vbi cum sequent.alia infert.ff. de damno infecto. idque ex text.nostro probat clarissime; quicquid in contrarium voluerit Auend.capit.6.Prætorū.num.3.versi.& casu quo.lib.
121 1. sed an debet † interpellatio hæc fieri vel sufficiat semel tantum, vide Puteum, de syndicatu. verbo, instantia, capit.2.nu.3. fol.

fol. 2 &c. quoad nostrum tamen propositum, vnicam sufficere credo interpellationem, vt ijs verbis simpliciter probatis colligitur. Venit tamen in mentem dum hæc scriberem dubium quoddam, num scilicet, Rectores ij requisiti incurrerēt solum pœnam nostri text. propter non determinatam causam in termino, an & iudex ipse ordinarius †, & videbatur dicendum, ordinarium 122
ipsum itidem nostri text. pœnam incurrere si monitus non faciat pronunciare & pronunciet sententia intra hos decem dies, ex verbis nostri text. ibi, *Y mandamos al dicho juez y a los otros dos diputados*, quasi omnibus iubeatur, vt causam determinent, ergo si non fecerint, puniendi sunt nostra text. pœna, nihilominus tamē contrarium quoad nostrum text. teneo, imo quod solum ipsi Rectores requisiti, non vero iudex ordinarius à quo incidet in pœnam nostri text. si causam intra decem dies non terminauerint, tum quia ipsis Decurionibus incumbit onus capiendi processum, & consulendi assessorem pro eius determinatione, tum etiam quia lex nostra iubet iudicem ordinarium debere exequi pœnam hanc, ibi, *Los quales* scilicet, *Diez mill marauedis y costas*, de quibus paulò antè dictum est, *Executen luego el Corregidor, o justicia del pueblo, so pena que no lo haziendo, lo paguen de el quatro tāto*, sed in causa sua nemo iudex existere potest, vt in titulo capit. nequis in sua causa, ergo ordinarius loci qui exequi pœnam debens censetur exceptus ab huius pœnæ incursu si causa intra hos decem dies non terminetur, præsertim cum quadrupli pœna ipsi loci ordinario imponatur, si pœnam decem mille morapetinorum non exequatur, & sic non est credendum legem nostram velle, vt & ipse ordinarius loci pœnam hanc incurrat, sed tantum Rectores ipsi incurrent, & iudex loci executor pœnæ erit, sub quadrupli pœna, si negligens fuerit in executione, & sic semper lex nostra interpretata est ab aduocatis, & ea quæ certam interpretationem habuerunt minimè sunt mutanda, & ita tenendum est. Sed est & aliud dubium, num scilicet quilibet ex his Rectoribus requisitis & intra terminum non pronuntiantibus incurret pœnam nostri text. An verò pro æqualibus partibus inter eos diuidetur,
† & dicendum est vnumquenque eorum insolidum ad tota decem mille, & expensas teneri, & posse condēnari, eo quod officiales circa idē delinquētes tenentur in solidū, & licet condēnatio pro parte fieret, tamē, quod ab vno exigi nō potest ab alio exige- 123

 tur,

tur, secundum Bartolum, Angelum, & Imolam, in.l.si multi Publicani.ff.de publicis.per textum ibi, quem ad hoc allegauit Boerius decisione.310. numo.2. & per totam decisionem, sed dubitari non potest, quin Decuriones ij non determinantes causam intra decem dies delinquant, vel quasi delinquant, cum legi & officio contraueniant, ergo nimirum est quod vnusquisque eorum insolidum conueniri possit ad pœnę incursę solutionem. Est tamen verum, quod si vnus eorum soluit totum, quod alter liberatur, & sic vna decem tantum soluenda sunt, quoniam hæc pœna ambobus in simul Rectoribus imponitur; igitur vno
124 soluente totam pœnam † alius liberatur, argumento text.in.l.1. in secunda eius parte.C.de condi.furti, & text.in.l.1.§.si plures, ff.de eo per quem factum erit, & notatorum per Anton. Gomez tomo.3.Variarum, capit.1.num.88. præsertim cum insimul & in connexis delinquant, crederem tamen quod si vnus ex Re-
125 ctoribus tota decem mille soluerit †, poterit ab alio eius socio dimidium petere: notandum est quod quantumuis pars requirens pœnam hanc recuperet ab ijs Rectoribus, vel vno eorum, poterit nihilominus & interesse petere & recuperare, tex.enim noster vtrunque soluendum iubet, pœnaque hæc cum legalis sit & facto adiecta potest optimè in conscientia peti, & debetur postquam petita fuerit & executio eius facta, vt notant omnes in.l.si quis maior.C.de transactio.præcipuè Menesius ibi, nu.57. cum sequentibus aliquibus, neq; cum interesse debet compensari in hoc casu, cum si compensaretur esset contra nostri text. dispositionem pœnam & interesse permittentis peti & recuperari per partem requirentem, licet regulariter eatenus pœna debea
126 tur quatenus † cũ interesse concurrit, vt licet videre ex Matthęo Afflictis.decisione.135. n.4.& optimè per Menoch.de arbitrar. iudicum.lib.2.centur.3.casu.260.nu.19.cum sequentibus aliquibus. Vlterius est & aliud optimum dubium, quid si pars appellãs requirens Decuriones vt causam intra terminum determinent, veniebat condemnanda eò quod iniustam causam fouebat, an iã quod Rectores requisiti non determinantes intra terminum nostri tex.ad interesse non teneantur, quia nihil intererat parti requirenti, eò quod iniustitiam petebat, tenebuntur tamen ad pœ
127 nam decem mille † morapetinorum, & videtur quod non, nam cum pars hæc requirens læsa non fuerit, ex eò quod condemnanda veniebat si sententiaretur, pœnam petere non potest impositam

tam per text. nostrum, quoniã tunc per partẽ pœna facto adiecta capi pôt in conscientia, quoties pars ipsa læsa fuit, vt colligitur ex dictis per Afflictis in d. decisio. 135. Hic tamen læsio deficit, ergo cessat pœna. Item & quia tunc pœnam hanc soluendam lex nostra iubet, quoties etiam interesse peti poterat & debebatur, vt patet ex versiculo, *Y que de mas desto paguen*, sed deficiente interesse & læsione, nihil est quod soluendum sit per decuriones, ergo neq; pœna peti potest tãquam cõsequutiua ipsius interesse, vt id quod iudicamus de principali, & sic de interesse, iudicemus & de pœna ipsius interesse consequutoria, & certè hoc mihi tenendum videtur pro nunc, tu latius suo tempore cogitabis. dd

Ibi, [*Lo paguen con el quatro tanto,*] Sed cui applicabitur pœna hæc quadrupli, parti nè an vero fisco, & videtur quod fisco, quia est pœna, partiq; iam interesse solui iubetur antea, & quoties pœna apponitur pro delicto, si pars est satisfacta, pœna illa fisco applicatur, vt diximus in. l. 4. titu. 7. libr. 1. supra in Recopilat. Neq; obstare videtur verba sequẽtia, ibi, *Y q̃ de mas desto paguẽ a la parte*, ex quibus verbis videtur, quod cum interesse per verba hæc parti sit soluendum, quadruplum etiam illi met parti debet solui, ex relatione illius dictictionis, *De mas*, Latinè vltra: & verbis illius, *A la parte*: nam dictio illa, *vltra*, inclusiua est †, vt si vltra dolia legatur vinum, videntur legata etiam dolia, secũdum Bartolum l. cum ita. quæst. fin. ff. de dote præleg. l. si vltra. C. de fideicom. item est dictio repetitiua, secundum Paulum consil. 106. tradit Bertachin. in repertorio. verbo, *vltra*, quoniam responderi potest, quod dictio illa, *vltra*, non sit ad partem referenda, sed ad summę solutionem, & sic quod vltra interesse parti soluendum, quadruplum soluatur fisco, cui aliàs de iure solui debet, quoties propter delictum imponitur, verba enim generalia de habilitate restringenda sunt. l. vt gradatim. ff. de mun. & hono. Nihilominus tamen videtur mihi tenendum quadruplum etiam parti requirenti soluendum, tum propter dictionem illam, *vltra*, tum etiam, quia quadruplum subrogatur loco pœnæ decẽ mille morapetinorum parti per Rectores negligentes sententiare applicandorum, ergo eorum naturam & applicationem sequi debet, & quadruplo à loci ordinario recepto cessat petitio decem mille morapetinorum contra Rectores intentata. ff 128

Ibi, [*Y que de mas desto paguen.*] Verba hæc non solum Rectores requisitos cõprehendunt, & respiciunt, verũ & iudicem loci gg

non exequentem pœnam decem mille morapetinorum per Rectores negligentes incursam, & sic pars requirens poterit à Rectoribus negligentibus petere interesse & pœnam, & si iudex loci negligens sit in executione huius pœnæ, contra eum poterit pars suas actiones intendere ad quadrupli petitionem & interesse etiam, & sic vtrumque membrum, referendo singula singulis verba hæc, *E que de mas desto paguen*, comprehendunt & amplectuntur verba hæc.

hh Ibi [*Por manera que dentro de los diez dias, se pueda ver y determinar el pleyto.*] Ex verbis ijs notari potest & colligi, quod partes possunt ex ijs decē biebus Rectoribus ad sentētiandum assignatis †,
129 aliquos dies pro probationibus suis finiendis sumere, si eorum parte aliqua sumpta, remaneat Rectoribus tempus sufficiens ad sententiandum causam illam; nihilominus tamen contrarium est tenendum, saltim parte alia, vel Rectoribus contra dicentibus, nam cum in hac lege remaneat dictum, super glos. *Dentro en treynta dias*, partes teneri causam concludere intra illos dies triginta, nullo modo eis elapsis possunt vllum diem horum decem ad sententiandum assignatorum, capere pro probationibus faciendis, præsertim cum dies illi triginta per text. nostrum sint assignati ad probandum, & probatum habendum, vt ibidem diximus, neque obstant verba hæc nostri tex. Ex quibus contrarium colligebamus, procedunt enim & intelligenda sunt, quoad hoc vt scilicet processus cōclusus tradatur, Rectoribus ipsis intra hos decē dies tēpore, in quo determinari & sententiari intra eos possit, nā si traderetur in tempore ad hæc facienda non sufficiente, quamuis intra illos decē dies non determinaretur, non vtiq; Rectores pœnam nostri tex. incurrerent, imputet enim sibi pars appellans, quod in tēpore opportuno Rectoribus ipsis nō tradiderit processum ad sententiādū, non est enim consultor in culpa, si
130 sibi detur † processus tēpore in quo sentētiari non potest, secundū Alexan. consi. 59. n. 6. vol. 4. Sed est optima quæstio, scilicet, an iam quod ex ijs decē diebus nullus ad examinādos testes capi potest, poterit nè intra eos peti per vnā ex partibus aliā iurare &
131 declarare † de calūnia, & videtur quod sic, ex dictis per Deci. in rub. nu. 10. extra de probatio, cōfessio enim partis etiā post conclusum in causa admittitur. c. cū Ioannes. de fide inst. notat Specul. in tit. de depositio. §. 4. versi. sed quid sit. & Bald. in authē. qui semel. col. 3. C. quomod. & quando iud. additio. 1. Bart. in. l. pu-

blia

blia.§.fin.de positi.Hippol.in rubr.de probatio.n.73.imo & post sententiã,secundũ Inno.in.c.quia pleriq;.nu.3. de immuni.eccles.& alibi diximus,& faciunt quæ,Deo volente,dicemus in.l.fi.tit.*De las entregas*.infrà isto lib.vbi post decem dies admittitur pars ad probandum per executantis confessionem & nouissimè idem tenet Aluarus Velascus,de iure emphy.q.7.n.29. in fi. vbi num.30.&.31.Id duobus modis declarat,quas declarationes desumpsit à Decio,vbi supra.Prima scilicet est,quod id verum sit, quoties pars spontè confitetur,vel iudex ex officio cogit partem confessionem dicere,secus verò ad petitionem partis, quia tũc non cogeretur,pars dicere confessionẽ, secunda declaratio est, vt procedant dicta,quoties confessio hæ in iudicio & in actis deducitur,secus si extra iudicium,& placent hæc declarationes,licet prima non ex toto satisfacit,præsertim vbi nulla alia speratur sẽtẽtia,tũc enim etiã ad petitionem partis esset cõpellendus aduersarius iurare de calumnia & cõfessionem dicere, prout multoties vidi fieri per Rectores hos intra decem dies nostri text.& benè vt veritas patefiat,& secundum supradicta sunt intelligenda dicta per Inno.in.c.vltra tertiam.de testibus. & post hæc paucis diebus elapsis,vidi optimam decisionem Octauiani Pedamõtani.10.plura in propositum dicentem.

Ibi [*Quede firme y passada en cosa juzgada.*]Et sic tanquam deserta appellatione executari poterit sententia,prout dicebat Auen. Respons.2.nu.6,conclus.9.& Respon.26.nu.10.versi.siquidem quod tamẽ intelligerem verũ quoties pars nullam diligentiam fecit in termino illo triginta dierum,vel si fecit,non tamen ritè, & rectè, puta si libellum grauaminum non notificauit parti, prout notificandus de iure est,alias enim nihil † fit, vt probatur 132 ex text.Clement.causam de electiõ.notat Rota noua.2.de appellation. fol. mihi. 63.& Felinus optimè in capit. cum contingat.num.6.cum sequentib.aliquibus.de rescrip.& idemFelin.in Repertorio eius,in verbo,appellans an debeat intimare.& Couarru.libr.3.Variar.cap.17.num.3.omnis enim intimatio †,quæ 133 obligat ad aliquid præiudiciale debet fieri dicto modo, secundum Felin.vbi supra,& iterum in cap.cum.M.nu.63.extra de cõstitutio.quod dictum ibi ipse Felin.inquit exclamare Cardi. per eum relatum,& quod notãdum quia communiter ignoratur,& idem quoad emptorem dicit requirentem venditorem de euictione,inquit tamẽ ibidem Felin. cum Ang. per eum relato,suf-

ficere venditorem citare; simpliciter facta mentione de motione litis, prout de consuetudine seruari inquit glo. magna ad medium in l. 32. tit. 5. part. 5. & tenet Anto. Gomez infra proxime al legandus, sublata tamen consuetudine facienda est, intimatio libelli, quantumuis appellatus sciat contenta in libello grauaminum, cum factum ex parte ipsius appellati requiratur, quo casu non sufficit scire nisi notificetur, secundum additio. Abb. litera C. in c. Ecclesia Sanctæ Mariæ. el. 2. num. 4. de electione, & communem testatur Anto. Gomez tomo. 2. cap. 2. num. 39. versicul. item adde quod ad hoc vt emptor vel ille à quo, in casu tamen, quo imitatio hæc libelli, vel instrumenti fieret iudicis authorita

134 te, non requiritur † quod fiat in forma, secundum additio. Alexan. in. l. 1. in prin. n. 4. litera. C. ff. de eo per quem fact. erit, & sic vidi iam ob non notificatum libellum grauaminum in termino triginta dierum nostri text. appellationem desertam pronuntiari: sicut & quantumuis notificatio facta libelli huius fuerit, nō tamen fuit in tempore cōgruo, vt appellatus de sua iustitia allegaret, probaret, tunc enim & appellatio vt deserta posset pronūtiari, licet si tunc de iustitia appellantis constaret, & de bona eius fama & conscientia & quod malitiosè non se restrinxerit in termino, non vtiq; pronuntiarem desertam appellationem, sed absoluerem potius ab instantia & obseruatione iudicij saluum ius relinquendo partibus iterum litem prosequendi, prout in hac lège dictum remanet, & faciunt dicta per Bartol. in. l. admonendi. num. 13. ff. de iure iurā. scilicet, quod si dies dati à lege sunt elapsi absq; eò quod actor probet, nō absoluetur reus diffinitiuè, sed tā-

135 tum ab obseruatione † iudicij cuius doctrinam Ias. ibidem in lectura. nu. 70. & in repetitione. n. 75. & 76. communem testatur, & faciunt dicta per Auiles vbi supra, nu. 6. in princ. fol. 290. Si vero appellans fecit in termino diligentias, quanuis nihil probauerit, pronuntiandū est super iustitia causæ ex meritis processus in prima instantia deductis, & sic diffinitiuè est pronuntiandum, nā in ciuilibus controuersijs receptum est reum diffinitiuè absoluēdum etiam si terminum ad probandum non habuerit, quādoquidem se probationi non obtulit, causamq; probatione non facta censetur conclusisse siuè expressè, siuè tacitè per lapsum instantiæ, ex dictis per Iasonem in d. repetitione. nu. 75. & 80. & Coua. lib. 1. Variarum cap. 1. num. 8. & ex quibus appllatio deserta efficiatur, dixi remissiuè in l. 2. verbo, *E finque firme*, supra

isto

isto titu. & libr. Vlterius notandum est ex ijs verbis nostri text.
quod sententia lata in prima instantia remanet firma ob negligē
tiam appellātis non facientis diligentias in termino, & quod sen
tētia † lata per Rectores hos termino decem dierum elapso nul 136
la erit, vt in hac lege dictum remanet, & tenet Didac. Perez hic
col. 1296. in princ. & ante eum Auiles dict. cap. 49. secretæ syn-
dica. verb. *Condenar*, fol. 189. in princip. & post scripta reperi mo
dernum Mexiam in. l. *De Toledo*, in decimo fundamento, primæ
partis. nu. 47. ita tenentem. Aduertendum que quod si est deser-
ta appellatio non possunt iudices se intromittere super iustitia
causæ, sed super desertione tantum tenentur pronuntiare, & ad
vnguem legem seruare, vt dixi in. l. 2. verbo, *Y si con el processo*. su-
prà isto tit. & lib. Imò & post desertionem appellationis nō sunt
dandæ literæ vt quis audiatur, vel releuetur, neque valet rescri-
ptum sic impetratum, imò est infamis † illud impetrans, secūdū 137
text. in. l. fin. C. vt lite pend. notat Cœpola, cautela. 22 c. & Re-
buff. in. 3. tomo. consti. Franciæ, tit. de appellationib. art. 14. glo.
vnica. num. 1. nisi sententia esset nulla, vel diceretur in rescripto
non obstante tali lege, vel per restitutionem, vt ibi per ipsum Re
buff. num. 2. cum sequentib. vel nisi de desertione non sit opposi
tum, nam tunc super meritis causæ, secundum Marant. in pract.
tit. de appellatio. n. 398. potest iudex si vult cognoscere vel super
desertione pronuntiare, sed si desertione opponatur non erit in
potestate iudicis super meritis causæ, sed super desertione tene-
bitur omnino pronuntiare, ex dictis. Impedimentum tamen le-
gitimum excusaret à desertione, vt supra diximus in. l. 2. in. fi. su-
pra isto tit. & lib. & tradit Rebuff. in. d. tit. de appellatio. glo. vni-
ca. nu. 3. & 5. cum tribus sequen. ponit impedimēta, & nu. 4. in-
quit Principem posse ex mera gratia concedere, vt de iustitia cau
sæ cognoscatur non obstante desertione.

Ibi [*Pronunciada en Regimiento*.] Non seruantur verba hæc in kk
pract. sed potius vbique pronūciatur sententia per Rectores hos
in præsentia iudicis à quo vel eius successoris.

Ibi [*Executen luego*.] Hic colligitur clare quandoquidem ver ll
ba hæc in plurali numero sunt constituta, etiam lata sententia
per Rectores hos iurisdictionem ipsis durare pro exequēda ipsa
sentētia, si in ea executionem iudici à quo non remiserint, prout
quotidie remittunt, & in hac. l. glo. *O los dos de ellos*. & alibi etiam
diximus latius. Sed an nullitas intentata dict. senten. *De Regimien*

to, impediet executionẽ eius vide per Doct. maximè Paul. & Alexand. in l. 4. §. cõdemnatum. ff. de re iudic. & Decius consil. 73.

Ibi, [*So pena que incurran.*] Ita demũ si requisiti non exequantur, vt in hac lege diximus, sed num in casu, in quo Rectores ipsi executionem sententiæ ordinario loci remittunt, tenebuntur hac pœna, si ordinarius ipse negligẽs in executione fuerit, & crederem quod & ipsi Rectores tenebũtur si requisiti fuerint, & remissio executionis quàm ordinario loci fecerunt, volũtaria non vero necessaria fuit, quam tamen pœnam si soluerint, ab ipso ordinario recuperare poterunt, ordinarij tamen locorum semper exequũtur, neq; admittunt Rectores ad executionẽ hanc faciendam siue remiserint, siue non executionem sententiæ ipsi ordinario, & sic potest dici Rectores præeminentiam hanc exequendi sententiã incuria & negligentia sua amisisse, & per consequẽs ab ipsis Rectoribus pœnam hanc nullo in casu peti posse, sed ab ipso ordinario loci negligente in executione talis sententiæ & hæc pro legis huius exornatione & declaratione sufficiant.

CAPVT SEPTIMVM,

Et finale, num scilicet, sit licitum & decens vendi hæc officia Decurionatuum, tam per Regem, quàm per Dominos temporales.

SVMMARIVM.

Officia Decurionatuum non licet, neque decet vendi per Dominos temporales inferiores Rege. num. 1. & 2. quid in Rege.

ET in Ducibus & in magnatibus & Dominis alijs superiorem recognoscentibus nullus in dubium vertit, non solum non esse decẽtem venditionem talium officiorum, verum
1 neq; licitam †, quia Ducatus vel Marchionatus non censentur tanquam per se Respubli. neq; ad illum absolutè pertinent iura, quæ subditi soluunt, instituere, sed depẽdenter à Rege, at tenentur iustitiæ ministros & Rectores decenti stipendio habere in terris suis & Dominijs, & itidem in prælatis idem est dicendum, quia gratis acceperunt, & sic gratis dare debent, vt apparet ex Soto de Iustitia & iure. libr. 3. quæst. 6. artic. 4. col. fin. Et in synodo

synodo celebrato Salmanticæ per Archiepiscopum Sancti Iacobi & suffraganeos suos, Anno Domini. 1566. Actione. 3. Decreto. 24. statutum est, notarias tribunalium Ecclesiasticorum, nullo modo vendi, vel locari posse; & hoc nulli dubium est, & sic latius iam verbo & scripto consului cuidam prælato huius Regni, & per consequens neque poterunt prælati cuidam familiari suo notariam aliquam concedere, qui ea vti non debet, sed potius alteri in pretium dare, vel ad censum annuum soluendũ: quoad Reges vero & Dominos non recognoscentes superiores, prout Rex noster Hispaniarum non recognoscit, licere, sed nõ decere officia Decurionatus † vẽdere & Rectorias has in suis ciuitatibus villis & oppidis, fuit dictũ S. Thomæ, licet aliqui voluerint tenere cõtrarium, tam ex Theologis, quam iuristis, & nouissimè & latissimè fundauit Tellus Fernandez in. l. 26. Tauri. n. 9. cum sequent. pluribus, & voluit Adrianus in. 4. q. de pœnitẽ. & Grabriel in. 4. dist. 15. & Caieta. in summa, verb. officium. prout eos refert Nauar. in manuali Hispano. c. 28. in additio. ad. c. 23. n. 80. & retulimus aliqua. l. 4. tit. 25. lib. 4. Recop. in glo. 1. Et refert Fran. Garcia. in tract. de cõtractos. 1. parte. c. 18. per totũ. & Matienço in. l. 5. tit. 9. gl. 4. lib. 5. Recop. & Palacios in sua praxi Theologali. lib. 4. c. 6. & Minchaca. controuersi. illustrium. c. 43. per totum. Verum tamen alij plures & quasi omnes contrarium tenuerunt, vt licet videre ex Patre Antonio de Cordoua, in sua summa de casos de conscientia in quæstione. 171. per totam, & ex eo, & antè & optimè ex Soto, de iustit. & iure. lib. 3. quæst. 6. artic. 4. versic. sed ingerit se, desumitur singularis cõcordia inter has opiniones, scilicet, quod si officia hæc per se nudè absque circunstantijs, quæ vsu veniunt, speculatiuè tantum, vt aiunt, existimentur, scilicet, vt vere dignis personis venderentur, qui ministeria officij recta bonaque fide administrarent, neque vllum eis offerretur periculum petendi quicquam aut recipiendi prȩter ius suum, nihil in se habent, quominus licitè vendi possint, sed si res hæc non ita speculatiuè, sed practicè, & per appellationẽ ad vsus atq; ad effectuum absurditatem, qui fermè necessario inde sequũtur, consideretur, nõ solum nunquã aut expedit, aut decet, verum secundũ moralem prudentiam neq; licet, & sic cõciliantur opiniõnes Doctorũ: & cõditiones iustificandi has emptiones & vẽditiones refert Cordoua vbi supra. Et mala obueniẽtia ex eis cõsiderat, quæ quotidie præ oculis habemus, & sic esset omnino abstinẽ
dum

dum ab ijs emptionibus, quæ quotidie fiunt, & præsertim per illos, qui semel officia hæc à Rege habuerunt empta, qui non conditiones dictas considerant dum vendunt, sed solum maius pretium inquirunt, & hoc præ maximè in ciuitatibus vbi partialitates exercentur in quibus officia hæc Rectoriarum ab ipsis partialitatum capitibus emuntur, qui eas indignis, imò & aliquãdo infimis & sordidis hominibus præbent officia hæc ad censum annum & cum facultate ea amouẽdi ab eis, quoties voluerint, vel vt melius & verius loquar, amouendi quoties voluntates ipsorum non fecerint & vota præbuerint prætensionibus & volun-
2 tatibus ipsorum complacentia, & sic Respublicæ pereunt, officia hæc vilescunt, possessoresque eorum vilipenduntur, væ populo vbi similia & aliæ exercentur; & ideo Reges vbi similes adsunt occasiones, & similia pericula omnino essent consulendi, vt mederi dignarentur, & interim vnusquisque emptorum horum officiorum videat & consideret, quid animabus ipsorum conueniat prouidere, nam eorum res agitur, non vero exterorum, & adeò hæc corruptè aguntur, quod quasi venalia in publicis subhastationibus habentur hæc officia Decurionatus & tabelliona tus, ac procuratorum numeri ciuitatum & villarum, & sic iam
3 in Hispania † impunè distrahuntur hæc officia, vt inquit Matienço, in dialago Relatoris. 3. part. cap. 28. num. 17. & sic ex hoc abusu resultant alij, scilicet, quod conferuntur inter fratres in legiti-
4 mis †, vt per Antonium Gomez. l. 29. Tauri. n. 21. & Cordouam in summa, quæst. 134. & Galleum de expensis & melio. capit. 4. num. 14. & secũdum eum ibi censentur lucra acquisita constante matrimonio, vt ibi per eum. num. 15. & 16. & Gomezius Leõ in cent. in for. iuris. cap. 100. & Boerius decisio. 14. num. 13. & Auenda. in Respon. 9. & includuntur sub hypotheca bonorum & in eis sicut in alijs bonis fit executio, vt inquit Tellus vbi supra num. 11. & 12. versic. primum an. & in versic. vltimò pro complemento. & quod tunc remedium detur si nolit executatus titulum præbere, & renuntiare decerpes ex Romano consilio finali, num. 17. Et in his officijs fit melioratio tertij & quinti sicut in alijs bonis, imò & quod peius est, quod aliqui volunt ea in maioratibus suis relinquere, tanquam si compertum haberent, successores eorum capaces futuros, cum in rerum nondum sint natura, quæ omnia exemptionibus & venditionibus proueniunt, & quod est magis quod inquit Auiles, cap. 3. iudicum syndicatus.

tus,glo.1.n.18.in fi.quod Rex scit & videt vendi & dissimulat, cum & ipse Rex.l.8.titu.2.lib.7.Recopil.in prin.prouiserit,quod officia hæc vendi non possint per possessores eorum,neque in so lutum dari,neque permutari,neque alio respectu nomine pretij concedi aut renuntiari, sed cum possessoribus dici non possit, gratis accepistis ,ita & ipsi dicunt neque nos gratis date & renun tiare ea volumus,quòd an licitè faciant ex dictis decerpes & maximè ex Cordoua vbi supra.in quæst,117.qui & in.d.quæst,134. tradit an fructus interim perceptos conferet,& in qua æstimatione fiet collatio talis officij.Et hæc pro toto hoc Capitulo & lib. sufficiant,Lectoremque obsecro & obtestor,vt nō dicta,sed animū & voluntatē proficiendi & cōplacendi omnibus consideret, & si quid dictum relatum & assertum fuerit,quod auribus displiceat, emendet,corrigat & benignè legat,& omnia præsertim subijcio censuræ Sacrò Sanctæ matris Ecclesiæ,ac Christianissimorum legentium.

LAVS DEO.

INDEX EORVM, quæ in hoc opere continentur, ordine Alphabetico digestus.

A

cap. 5. num. 2.

Antiquior Decurio deficiente praeside potest congregare concilium, lib. 1. c. 7. nu. 3.

An per acceptationem secundi officij in alia ciuitate vacet primũ ipso iure, libr. 2. capit. 23. numer. 2. & 3. quod sit statuto prohibetur.

Appellari potest ad praesidem de ordinatis in consilio licet ipse maiori parte assenserit, lib. 2. capit. 18. num. 2.

Appellatio in rebus minimis admittitur. lib. 4. c. 6. n. 16.

Appellatio ad corrigendam iniquitatem sententiae interponitur, libr. 4. capit. 6. numer. 47. cum duobus sequent.

Appellatio non suffugium, sed refugium debet esse, libr. 4. capit. 6. num. 50.

Appellans indebitè mortaliter peccat cum declaratione, lib. 4. c. 6. num. 55.

Appellatione proposita & non aduenerit tempus eam prosequendi, lib. 4. c. 6. n. 57.

Appellatio an requiratur ad recreationem alterius per maiorem partem concilij, libro. 2. capit. 2. num. 2.

Appellans debet libellum grauaminum in tempore opportuno allegare, libr. 4. c. 6. n. 90.

Appellatus an possit praeuenire appellantem, lib. 4. c. 6. n. 9.

Appellatio habet quatuor naturas, lib. 4. c. 6. n. 107.

Authoritas alicuius vbi requiritur in actu, si est impeditus potest actus fieri illo fieri, lib. 1. cap. 8. num. 5.

Auditores curiarum non possunt esse Rectores ciuitatũ, lib. 2. c. 23. num. 2.

Auditores Regij ne super minimis se inuoluant super eis cognoscit concilium, libr. 4. capit. 6. numer. 8.

B

Beneficia tria etiam litigiosa quis obtinere non potest, lib. 2. c. 32. n. 13.

C

Capiens bannitum propria authoritate ab vniuersitate recuperare potest expensas in captura factas, lib. 2. c. 18. n. 19.

Capita deficiente an possint congregari, lib. 1. c. 8. nu. 3.

Capitulum sede vacante succedit in ijs, quae sunt ordinariae iurisdictionis non delegatae, lib. 1. c. 8. nu. 10. cum sequentibus.

Capitulum vocatur congregatio Decurionum, lib. 1. c. 11.

Capitulũ potest consentire, vt vnus ex eisdem vacet per procuratorem, lib. 2. c. 9. n. 3.

Capitula noua à decuriis in prima instantia diuersa non examinabuntur in secunda, libr. 4. capit. 6. num. 78.

Cardinales qui dicantur & sint, lib. 2. c. 9. n. 4.

Casus vbi factum à maiori parte non valet, lib. 2. c. 14. n. 8.

Ciuitas

Con-

Decu-

Impen-

FINIS.



SALMANTICÆ,

Excudebat Petrus Lassus.

1593.



